PRODROMUS IUSTINIANUS AD RESTITUENDA M E...

Antoine François Payen, ...

Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
16 A
59

M

13-14 F 14

Digitized by Google

dono datus ab Illustri D. Payne

S-Honorati

de institutionibus d. Rhetorum uitae humana, in uerbo ius, pag. 472. tom

Digitized by Google

Digitized by Google

PRODROMVS
IVSTINIANVS
AD
RESTITVENDAM E FVNDAMENTIS
TVM CANONICAM TVM CIVILEM
IVRISPRVDENTIAM NECESSARIVS.
SEV
ELITATIO IVSTINIANÆIS PRÆSCRIBENDA
PRIVSQVAM INSTITVTIONVM LIMEN SVBEANT.

Continens tres partes, quas ſequens pagina indicat.

Opus è variis tùm Vaticanæ, tùm Regiæ Bibliot. Codicib. collectum, & in Academiâ Bartoliſtarum repetitâ prælectione limatum: Neque Tyronibus ſolùm, ſed & Doctoribus Cauſas in foro agentibus, & Clericis ad dignitates Eccleſiaſticas aſpirantibus neceſſariũ: Ad habendam in promptu ſedem materiæ, conferendas cum textu textuum allegationes, & placandas ordine temporum Antinomias.

Authore Prænobili Viro D. ANTONIO FRANCISCO PAYENO Bartoliſtarum Acad. Moderatore ac Profeſſ. Publico, & in Supremo Pariſienſi Senatu Aduocato.

Hodie primùm prodit in lucem.

PARISIIS,
Apud EMANVELEM LANGLOIS, Iacobæa, ſub ſigno Reginæ Cleri.
M. DC. LXV.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

2

PRODROMI
IVSTINIANI
ECTHESIS PARTIVM.

Iª. Methodum Legendi compendia textuum & Allegationum edocet, Adiecto duplici Notarum Legalium Diagrammate.

IIª. Tractatum de Rubricis Vtriuſque Iuris, Annotatis in Margine diuerſis diuerſarum editionum Lectionibus CC. *Germanici*, Auenici, *Haloandr*. Florentin. *& Gothofred.* cum Auctuario veræ Notitiæ *Nouellarum* hactenus inauditæ, & Rubricarum Decreti *Gratiani* à nemine editarum, omnia Iuris Canonici principia velut è ſpeculo repræſentantium.

IIIª. Hiſtoricam vtriuſque Iuris Chronologiã, Adhibitâ diſtinctione temporum Iuris Naturalis, Gentium, & Ciuilis; Iuriſprudentiæ tum Canonicæ tum Ciuilis Primæuę, Antiquæ, Mediæ, Nouæ & Nouiſſimæ: cum Notitiâ *Baſilicῶν*, & Reſtituti ab Irnerio Iuſtinianæi Codicis ſub Lothario II. Roman. Imp. nunquam editam.

EMINENT^mo PRINCIPI CARDINALI CHISIO, S. D. N. ALEXANDRI VII.

Ex Fratre Nepoti, & ad Chriſtianiſſimum Galliarum Regem, & Regnum, &c. à Latere Legato.

Antonius Franciſcus PAYENVS. D.D.D.

PErexiguus eſt, fateor, hic Libellus, ſi ex mole æſtimes, (CARDINALIS EMINENTISSIME) *Sed ſi ex labore quem contuli, quatuor Luſtris Iura Profeſſus, ſi ex fructu quem, feraciſſimæ inſtar arboris, exhibet Iuſtinianæis, quam maximum iudicabis: Hunc enim ſi quis oculis relegerit, ac mente reuoluerit: generoſo quaſi ſemine iacto, vberrimos pleniori manu fructus decerpet. Vtque gemmæ licet exiguæ ſunt pretioſæ, ſic Liber hic exiguitate, ſui pretium auget. Ferè fit, vt ſicut maior in tenui labor eſt, ſic maior eluceat induſtria, nec minor ſit gloria; Audacter enim & ſine emphaſi profero* Αυτοδίδακτον *iã euaſiſſe eũ, qui quotidianâ huius Opel-*

æ relectione memoriam exercuerit. Vnicâ ſolùm ratione paruulum hoc opus eſſe profiteor, (CARDINALIS EMINENTISSIME, *ſi cum Eminentiâ tuæ dignitatis, & mole meritorum, quâ Galliam imples, conferatur; Cui nihil derogo, ſi ad mentem reuocem, te quoque aliàs inter Iuſtinianæos nomen extuliſſe, Solemnes è Iuſtinianæis elementis depromptas concluſiones* PATRVO *ter Opt. terque Max. nuncupaſſe, in Senenſi Collegio ſuper illis publicè diſceptaſſe, Vt mirum non ſit; ſi animus, tot ſtudiis & laboribus expolitus, aſpectũ gratiis omnibus adornarit, quibus hodie omnium Affectus rapis admiratione virtutum; Debueras* LVTETIAM *aſpectu recreaſſe, qui longe majores exhibuit animi tui dotes, quàm fama expreſſerat. Veniſti,* LVDOVICVM *Vidiſti, & Cæſare maiorem aſpectu Viciſti; Dum Regis ac Regiæ totius animum, Regiis virtutibus, deuinxiſti. Fœlix Victoria, Fœlix nexus? quô Iuſtitia & Pax Oſculatæ ſunt. Epinicion canerem, nî Liminaris Epiſtolæ terminus inhiberet. Cuius vice, Libellum Offero: Quem ſi Alexandri magni exemplo (qui Aquæ conchulam gratè accepit ab eo, cui deerat aliud quod daret) eô, quo tibi profertur, animo exceperis,* (CARDINALIS EMINENTISSIME) *nempe quam maximo; Maximum quoque opus hoc, tibi ſacratum obſeruabis.*

* *
*

AVTHORIS
De Prodromo Opere Cenſura.
AD ANTECESSORES.

QVamuis fori regulæ non admittant, vt quis ſeipſum accuſet *l. 1. §. ſi quis vltro 27. ff. de Quaſtionib.* vel pro ſeipſo teſtificetur *l. omnibus* 10. *Cod. de Teſtib.* aut in cauſâ propriâ iudicet *l. 1. Cod. Ne quis in ſua cauſa iudic.* Res tamen literaria non reſpuit, vt quis à ſe potiùs, quàm ab alio emendetur, *Nou. 22. in princ. verſ. non erubeſcimus Auth. de Nupt.* Nec reiicit in publico Profeſſore propriam cenſuram aut commendationem teſte *Angel. Aret. in Procem. Inſtit. Imperial.* Vnde hæc noſtra ſit de noſtro Opere ſententiâ.

Vbi primùm Liber hic è prælo exiens, noſtris ſe oculis ſiſtit, contento ſemine maior, quàm mole, *vt in Epiſt. 1a Limin. pag. 3.* cœpi illũ quaſi fœtũ ingenij oſculo excipere, tũ aperire in medio, mox in principio & fine reuoluere; At ſorte neſcio quâ, incidi ſemper, in eas paginas, quæ nihil aliud, quam Rubricas è corpore Iuris, tùm

Cæſaræi tùm Pontificij, fideliter exſcriptas, exhibebant; Itaut nihil, vel parùm è penu noſtrâ profectum videretur: Ad hæc mihi quaſi ſuccenſens, in hęc verba tacitus prorumpebam. Ergone hic eſt tandiu deſideratus liber, quē profeſſione vicennali vir emeritus extollebat? At ſubſide, (mihi ipſi replicabam) Non ſic de libris ἐν παρόδῳ ac perfunctoriè iudicant emeriti profeſſores. Inciuile eſt, niſi totâ lege perſpectâ, vnâ aliquâ particulâ eius propoſitâ iudicare, ait IC. *in l. inciuile 24. ff. de Legib.*

Ideò qui ſolùm inſpecto libri cortice geſtiet tumultuarium proferre Iudicium, ſi me virgâ cenſoriâ feriat, parcendū *arg. l. 1.* verſic. *ex leuitate. C. Si quis Imp. maledix.* cū ipſemet ſecutus illū animi primū impetum, è primâ inſpectione proditum, vix à cenſurâ propriâ abſtinere potuerim.

Sed ſi æquiùs, antequam tumultuariè iudicet, ſedulò inueſtiget Operis formam ac diſpoſitionē, quæ dat eſſe rei *l. Iulianus* 8. §. 3. verſ. *nam mutata forma ff. ad exhib.* Si ad quinque inſigniorum editionū Ger. *Auen.* Flor. *Hal.* Goth. marginalia ſcholia, quæ plures Iuris nodos ac ænigmata ſoluunt, rudemque iuuentutem difficultatibus deterritam reuocant, Si ad

generalem Rubricarum expoſitionem, Si ad Protheorias ſingularum, Si ad Cataſtaſim tractatus illarum, Si demùm ad Hiſtoriam Iuris vtriuſque Chronologicam 3ª operis parte expeditam reſpiciant, Mecũ palinodiã canẽt, vltrò profeſſi maximã huius libri partem è penu noſtro profectã fuiſſe, & ab exſcriptionis vitio liberã prodiiſſe. Ad quod vt Autopſiâ, me quaſi manuducente faciliùs inducantur. Hortor etiã atque etiã, vt 1°. liminarẽ Epiſtolã *ad Candidatos, pag. 11.* Procemiũ operis *pag. 1.* & præ cæteris Cataſtaſim tractatus Rubricarum *pag. 311. ad 318.* perlegant, vbi dignitas ac neceſſitas ſcientiæ Rubricarum demonſtrantur.

2. Prodromi Iam Partẽ, quæ eſt *de Notis legalibus*, reaſſumant *à pag. 5.* non prætermiſsâ additione *inter Elenchi capita in calce huius tomi pag. 2.*

3. Ad 2am partem quæ eſt *de Rubricis* ſe conferant, & Imprimis Ecthesim generalem Iuris Ciuilis Rubricarum *pag. 20. ad 27.* Nouam ac ineditam *Nouellarũ* Notitiam *pag. 28. ad 35.* Ecthesim generalem Rubricarũ Iuris Canonici *pag. 38. ad 47.*

4. Anacephalæoſim Rubricarum vtriuſque Iuris *verſibus* expreſſam percurrant *à pag. 47. ad 65.* Præſertim *ff.rum*, quæ ad 50.

verſus *à pag.* 50. & Authenticorum, ad 32 verſus, *pag* 55. reuocantur.

5. Protheorias ad Seriem Rubricarum vniuerſi Iuris *pag.* 65. Pandectarum *pag.* 70. Codicis *pag.* 94. Authenticorum *pag.* 129. & 130. Appendicis Nouellarum *pag.* 147. cum Diagrammate Pariſphoretico *nouellarum*, adiectis in calce obſeruationibus 5. *à pag.* 157. *ad* 168. vbi diſſonantia editionum 4. *Ger. Flor. Hal. Goth.* in vnam conſonantiã ad oculũ demonſtratur. Rursùs ad Seriẽ Vol. Feudor. *pag.* 169. Appendicem illorum, *pag.* 173. Seriem Codic. Gregoriani, Hermogeniani, Theodoſiani, & Baſilici, *à pag.* 179. *ad* 199. omnino neceſſariam pro *Cujacij* Antonij Auguſtini, *Gothofredi.* Fabroti *aliorumque recentiorum Authorum* intelligentiâ.

6. Protheorias ad Seriem Inſtitutionum Canonicarum *pag.* 199. Decreti Gratiani *pag.* 204. Tùm ad Seriem ipſam Rubricarũ totius Decreti *Gratiani* nunquã antehâc editam, & à me primùm eâ arte concinnatam, vt & ſummarij ſimul & Rubricæ vice fungerẽtur, *à pag.* 206. ad 223. Itẽ Protheorias ad Seriem Rubric. Decretal. Gregorij *pag.* 224. Sexti Bonifaciani *pag.* 234. Septimi Clementini *pag.* 235. Octaui Extrauag. *pag.* 238. Cenſuram illegitimarum

partium Iuris Canonici *pag.240.* Demùm ad Alphabeticum Rubricarum vtriuſque Iuris ſyllabum *pag. 241. & 250.*

7. Tandem ad 3^am partem, quæ eſt de Hiſtoriâ Iuris Chronologicâ, deſcendant *à pag.* 319. *ad* 384. vbi Nouâ ac ineditâ methodo per diſtinctas Epochas deducitur Ius Naturale, Gentium & Ciuile; Iuuariſprudentia primęua, antiquâ; media, no- & nouiſſima; Tùm ad Notitiã Baſilicõr ac reſtituti à Lothario 2. Iuſtinianęi Codicis. Demùm Notitiam Canonici Iuris, eiuſquepartium moribus Galliæ accommodatam ad trutinam reuocent, adhibitâ cautelâ *de qua infrà pag.* 16.

His perlectis: Videant, qui aduerſus operam noſtram gratis inſurgent, nùm in ferendo iudicio pręcipites ſe oſtenderint, qui omnia hęc ſupra recenſita inficiari nequeant (ſi bona fide certent) è Gazophylacio noſtro, nec emendicato depromptа fuiſſe; Quæ, vel ipſi priùs ſciebant, vel ignorabant, Si primùm; ab illis edoceri me velle in gloriæ parte reponã, qui ſciuerint ea omnia, ad quæ vix tota Vaticana, Regia, ac Segueriana Bibliothecæ manuducere me potuerunt, Si ſecundum; Vel illa ſcitu neceſſaria agnoſcunt, vel negant, Si prius; habebunt quod Au-

thori gratulentur, & nauatam à me vtiliter operam commendent; Si poſterius: hoc ipſo ſe malè ſanos exhibent, qui deprauato quaſi guſtu, reprobant ea, quæ omnes hactenus Inſignes Profeſsores, nedùm probarunt, ſed prædicarunt: *vt arguit Cataſtaſis tractatus*. Vidend. *pag.* 311. & 313.

Iam penes vos (ANTECESSORES CLARISSIMI) legitimum ſit de hoc Opere Iudicium, qui hæc omnia, vt apprimè noſtis, ita diſtrictè ab Alumnis, quos acriori Thyrſo Themis percuſſit; illa exigitis: Non dubito, quin huius Libri commoditate ducti, legitimã ſcientiam impoſterũ non adulterinam, Candidatis inſpiretis, §. *Diſcipuli* verſ. *adulterinam Conſt.* Omnẽ *Proœmio Pandect.* & ſucceſſiuè communẽ in reſtituenda è fundamentis Iuriſprudentia (Prodromo Duce) operam collocetis. VALETE & bene de nobis audite.

AVTHOR
Ad Iuriſprudentiæ Candidatos.

SICVT *Scientiæ cuiuſlibet Principia eſſe debent certa & inuariabilia, ita methodus illa exponendi certa pariter, & conſtans eſſe debuit, quòd vt quiſque faciliùs obtineret, delegerunt ſibi Philoſophi* Ariſtotelem, D. *Thomam* Theologi, *Medici* Galenum, *in quos veluti Duces collimarent, ne ſi plures reſpicerent, à viâ veritatis, quæ vnica eſt, deficerent, vel in tenebras, quas parit Authorum varietas, inciderent.*

Iuriſperitorum Schola agnouit Principem Academicum BARTOLVM, *quem Lampadem Iuris nuncupauit* Angelus, *Interpretum Tutelarem* Iaſon, D. *Thomam Iuriſconſultorum* Lancellotus, *Cynoſuram Scholarium* Caccialupus, & *Ducem ſtudiorum* Iulius Pacius, *hoc inter Elogia ICtorum hemiſtichio:* ——— Errat.

Qui ſibi vult alium præpoſuiſſe Ducem.

A Bartolo igitur Academico Principe traxere nomen Bartoliſtæ, *quippe qui ad Bartoli incûdem, & doctrinam ſtudia componentes, Ius totum ad ſua principia reuocent, & quotidianis repetitionibus, menſtruis*

exercitationibus, annuiſque ſub Præſidio noſtro Diſputationibus Publicis, veram nec ſimulatam Philoſophiam profiteantur, ex Vlpiano *in l. 1. verſ. veram non ſimulatam ff. de Juſt. & Jur.*

Inter varias autem huius Academiæ Bartolicæ inſtitutas leges, hæc Primaria eſt, vt Antelucana ad Imperiales Inſtitutiones Manudùctio præcedat, quaſi Prodromus Iuſtinianus, ſeu Notitia Notarum Legalium, Scientia Rubricarum, Hiſtoria Juris, Chronologia Legiſlatorũ, Ecloga Axiomatum, & Synopſis Inſtitutionum, ſine quibus ἀδύνατον eſt poſſe Candidatum, ſubire limen Juſtinianææ Iuriſprudentiæ, quippe quæ præuiam, & quaſi Prodromam omnino ſupponat illorum notitiam, de quibus paſſim in ipſarum Inſtitut. *decurſu fit mentio, antequam ad ipſam materiæ ſedem ſuis titulis indicatam peruenerint,* vt infrà Proœm. Prodrom. pag. 1.

Simile Statutum ſuis exhibet Candidatis, Facultas hæc Pariſien. *ab Henrico* IV. *editum Ann. Chr.* 1598. *cuius verba refero.*
» *Prolyta à Lectione & auditione Inſtitutio-*
» *nũ, & Canonici & Ciuilis juris ſtudium*
» *exordiatur, ac ſedulam operã in eo collo-*
» *cet, vt vtriuſq; Iuris* titulos *memoriter te-*
» *neat, dictata Doctorũ fideliter excipiat, &c.*

Ideò non ingratam rem Vobis ac reip.

Reipublicæ facturum me putaui, ſi Prodromum hunc Iuſtinianum Publici iuris fecerim, qui ex præfixâ Operis epigraphe ita ſe præbet vtilem, vt ſe ſeipſô commendet, & ſi liceat Vlpiani verbis vti. in l. 1. ff. de reſt. in integr. Vtilitas, *inquit*, huius tituli non eget commendatione, ipſe enim ſe oſtendit.

Ne verò quis ab ediſcendis hiſce Prolegomenis, laboris dedignatione terreatur: Audiat prolatum Eccleſiaſtis *capit* 1. *verſic.* 18. *æternæ veritatis oraculum.* Dedi cor meum, *inquit*, vt ſcirem prudentiam atque doctrinam, & agnoui quod in multâ ſapientiâ, multa ſit indignatio, & qui addit ſcientiã, addit & laborem. *Non ingratum tamen tunc fore laborem ſubodoro, ſi ad gloriam ad quam ſtudioſos Iuſtinianus vocat in* §. ſumma itaque ope *Procem.* Inſtitut. *reſpexerint. Quippe qui è Scholis ad forum promoti Aduocati fiant, & ex ſubſelliis Aduocatorum culmina* Magiſtratuum *ſubeant teſte* Sidonio Apollinar. lib. 1. epiſt. xj. *Aduocatorum*, inquit, *vbi finiunt Actiones, tunc incipiunt dignitates.*

Imo audaciùs pronuncio gratiſſimum fore laborem ad hęc ſuſceptum, ſi quamdiu Iuſtinianaæ militiæ, cui nomen dedêre, tyrocinium implent, diuerſis animum ſtudiis non diſtraxerint, nec aliorum quàm legalium

librorum lectioni incubuerint, quod vnicum Iuuenes perdit initio feruentes, in medio tepeſcentes, in fine frigentes, teſte gloſsâ in Proœm. Sexti Decretal. verb. commorantes, *& elegantiùs expreſſit verſibus quatuor Faber Proœm. Inſtitut.*

Si quis forte velit Iuriſconſultus haberi,
Continuet ſtudium, velit à quocumque doceri.
Inuigilet, nec cum frangat tortura laboris
Fortior inſurgat, cunctiſque recentior horis.

Iam ad Zoilos verba conuerto, qui ſi hanc mole opellam dixerint; Ego labore ac vtilitate maximum opus deprædico. Si vrgeant alios plures de Rubricis egiſſe, in verſus redegiſſe; Chronologiam, Axiomata, & Florilegia *edidiſſe, quaſi arguant à me, non aliud quam crambem recoctam exhiberi: Audiant velim quod licet plures hanc Rubricarum partem tractandam ſuſceperint, aut Chronologiam inchoarint; Nemo tamen vel perfecit, aut ſuis numeris impleuit. Neque tamen diffiteor me; quidquid* Forſterus, Riualius, Spiegelius, Caccialupus, Marquard. Frecherus, Leunclauius, Anton. Auguſtin. Goueanus, Ant. Contius, Mornacius, Chaſſanæus, Cujacius, Coruinus, Broæus, Oſius, Merillius, Pacius, Perezius, Gilenius, Cambolaſſius, Dionyſius & Iacobus Gotho-

fredi, *aliique tam ad Rubricarum quam Chronologiarum & Axiomatum notitiam contulêre, legiſſe, relegiſſe, perlegiſſe: Equidem in publica commoda peccaſſem, nî quæ alij fecerant expendiſſem. tum vt ſuppleˀrem omiſſa, vel ſuperuacua reſecarem, tum vt totum in diſtinctiorem formam redactum, hodie ſine næuis, velut in ſpeculi glacie nitidiſſimâ, numeris omnibus abſolutum repræſentarem; & nouam quaſi ſpeciem exhiberem, quam non materia, ſed forma conſtituit, vt Iuſtinianus ait in §.* cum ex aliena 25. Inſtitut. de Rerum diuiſ. & *clariùs* in l. 1. §. ſed neque 6. C. de Vet. „ Iur. enucl. *Qui ſubtiliter*, ait, *factum* „ *emendat, laudabilior eſt eo, qui primus* „ *inuenit; Cuius dictum improbare quaſi* „ *ſacrilegium eſt* l. ſacrilegii 5. C. de diuerſ. reſcript. & l. diſputare 3. C. de Crimine ſacrilegii, *Quâ de re latiùs ſuprà pag. 6.*

Quod ſi in aliquos adhuc errores impegeris (Amice Philonome) *fortè circa annos Compilationum ſeu iuris Authorum. Scias me illos non è cerebro confinxiſſe, ſed à* Freimonio, *Frehero*, Contio, *Genebrardo*, Aliiſque *probatis Auctoribus eruiſſe, inter quos nemo eſt, quin in materiâ Chronologicâ poſſit plurium annorum errore notari*, teſte Ant. Cõtio in Chron. Canonib. *ob diuerſas*

in Epochâ V.C. vel Chriſti Nati conſtituendâ ab A. C. ſententias, vt *infrà* pag. 324. 327.

Ego enim qui ſcio me hâc in parte rem cum Iuſtinianæis habere : Cenſui debuiſſe potiùs vulgatam Epocham anteponere veriori, Facem in hoc mihi præferente Petro Gaſſendo, *Viro non minùs in Phyſicis, quàm Aſtronomicis & Chronologicis, ſingularis eruditionis, & ingenuitatis. Siquidem ad effectum de quo agitur, præparandi ſcilicet animos Iuuenum ad Lectionem, tractationemque voluminum Iuris, error vnius aut alterius anni finem non lædit, vel à ſcopo Prodromi noſtri, ne lato quidem vngue recedit.*

Et nihilominùs ſufficit in aliquo excelluiſſe nam in omnibus, vires humanas tranſcendit, quas ita limitauit Deus in ſingulis, vt ſemper inter homines locum inueſtigandi relinqueret, iuxta illud Eccleſiaſtis, c. 3. v. 11. & mundum tradidit Deus diſputationi eorum, *vt exponit Doctiſſimus Lorinus Auenionenſis* ibid. *Vel ex D. Paulo*, vt ſe homines eſſe cognoſcerent, *ita Edmund* Merill. *Diſſert. ad lib. 3. ex Cuiac. cap.* 10.

Fruimini igitur abſolutiſſimâ hâc elucubratione (Adoleſcentes Lectiſſimi) *quos honor acuit, quos laudabilis ambitio excitat, vt è Gregario ad Triarium ordinem conſcendatis.* VALETE.

TYPOGRAPHVS

Ad Lectorem.

SI Præçepta Iuſtiniani quinquennale ſtudium exigentis in Prooemiali Pandectarum Conſtitutione *omnem* ſeruarentur, vel triennale ſaltem *Authore Cuiacio* præſcriberetur. (HVMANISSIME LECTOR.) Prodromꝰ hic Liber ſolius vtilitatis titulum præſeferret; Sed quia, quæ Parentes vrit ambitio, filios ſic ad forum præcipitat, vt vix ſtudio *ſemeſtri* contenti, solùm è limine Iuriſprudentiam ſalutent, tumultuariè ad forenſes quæſtiones conuolent, erroribus errores accumulent, peruerſoque Iuris ordine Iura conturbent ex *Quintil. lib. 4. Inſt. cap.* 1. præpoſterâ *inquit* feſtinatione *incredibile eſt, quantum moræ ſtudiis adoleſcentum adiicitur &c.* Ideò neceſſarium abſolute Prodromum hunc Iuſtinianum experietur is, qui præcipiti moribus hodiernis inductâ methodo, ſumma Iuris Principia ſemeſtri curriculo referre contenderit.

Quò vero etiam ex Authoris dignitate Operis dignitatem æſtimes. Is à Proauo Viro Militari PETRO PAYENO, (vt Abauum & Attauum viros quoque militares prætercam) qui in bello aduerſus hæreticos pedeſtri manipulo imperans, *teſte Peruſsio Hiſtoriographo*, ob ſtrenuè geſta à

Duce Serbellono Pōtificij exercitus Prefecto donat⁹ torque aureo *pulchrā petiit per vulnera mortē*; Ab Auo eruditiſſimo Ioanne PAYENO in Academiâ Toloſanâ Iuris vtriuſque Licentiato, & Auiſani Iuridico perpetuo; A Parente demùm diſertiſſimo Andrea PAYENO Iurium Profeſſore & in Curia Auenica Aduocato Primario progenitus, ita doctrinā generis nobilitati coniunctam, quaſi cum lacte ſuxiſſe videtur, vt anno ætatis 19. in Collegium Doctorum Participantium, (quos Aggregatos vocant) adſcriptus, anno 26. in Protoiudicem, tùm in publicum Lectorem electus fuerit; Tandem in Curiam Romanam Senatuſconſulto tranſlatus, publicè de Iure, velut alter Nerua reſponderit. Prę cæteris ſuper Kempenſi controuerſiâ, Genouefuanos inter & Benedictinos, à *Gabriele Naudæo* Pariſienſi, Mazarinęæ Bibliothecæ Præfecto ac de Literaria Republica benemerito conſultus, tam congruum reſponſum edidit, vt illud *Naudæus*, Teſtimonium aduerſus Gerſeniſtas Triplex nuncupârit, Typiſque Cramoſianis commiſſum anno 1652. inſcripſerit in hæc verba *Nobiliſſimo Doctiſſimoque viro* Antonio Frāciſco PAYENO *cauſarum in Curiâ Romanâ Patrono celeberrimo &c.* In cuius Liminari Epiſtolâ, ſic eius ingenij ad omnes ſcientias nati felicitatem expreſſit, vt alio præcone non egeat, de quo etiam inter *Naudæi* opera meminit L*udouicus Iacob. Cabilonenſis in Syllabo typis Claudij Cramoiſi* 1659. ſub §. 3. *nu.* 1 *fol.* 120.

Auenione verò tùm in foro, tùm in pulpito, vltra vicennium Iura profeſſus, ſingularis eruditionis ſpecimen prodidit, quam epiſtolio pluries commendauit vir commendatiſſimus *Petrus Gaſſendus* Eccleſiæ Dinienſi Præpoſitus, in Philoſophicis nulli ſecundus, in Aſtronomicis Tycho

Nouus ac Profeſſor Regius, prout ex literis inter eius opera typis Huguetanis edita 1652. inſcriptis in hæc verba *Clariſſimo Doctiſſimoque Viro* Antonio Franciſco Payeno *I. C. &c. Tom 6. fol.* 100. 110. *&* 123.

Neque ſolùm de Iuriſprudentiâ bene meruit, ſed etiam in omni Matheſeos genere ſic Illuſtrem ſe præſtitit; vt illum Athanaſius *Kircherus* in Arte Magnetica typis edita Romæ *lib.* 2. *P.* 5. hoc nuncupârit elogio, *Vir vt in aliis, ita in hac ſcientiâ Magneticâ ſingularis.* pag. 319. 328. & 344. Quem etiam *Io. Bapt. Ricciolus* in ſua Geographia reformata Bononiæ edita anno 1661. *libr.* 7. *cap.* 18. *nu.* 3. *fol.* 301. hoc donauit elogio. *D. Antonius* Franciſcus Payen *Matheſeos ſcientiſſimus &c.* Hinc plures eiuſdem circa Magnetis variationem, Eclypſes, & Mercurium, Aſtronomicas obſeruationes extollunt *Kircherus*, Gaſſendus *& Ricciolus*, omnes Matheſeon Profeſſores hinc vſque ad ſidera noti. Hic quidem in Almagesto nouo *Part.* 1. *tom.* 1. *libr.* 5. *cap.* 19. *fol.* 382. vbi obſeruatam ab eo eclypſim anni 1642. memorat *& iterum in Synopſi obſeruationum fol.* 383. In ſua verò Geographia reformata anni 1661. *fol.* 301. *nu.* 3. *&* 8. *fol.* 305. *nu.* 26. *fol.* 389. *nu.* 5. *& fol.* 369. *nu.* 57. vbi aliam ab eodem obſeruatam Eclypſim anni 1654. refert; *Gaſſendus* vero literis dat. Aquis ſextiis 4. Kal. Nou. 1640. ei ſuam magneticæ variationis obſeruationem communicat. *tom.* 6. *eius Operum fol.* 100. Varias quoque Mercurij & Veneris obſeruationes expendendas committit literis Dat. Pariſiis 8. Kal. Nou. 1641. *tom.* 6. *fol.* 118.

Si ergo à Viris laudatis laudari, *ex Tullio* ſumma laus ſit, non eſt quod dubites (CANDIDE LECTOR) de huius Operis dignitate ex Authoris laude, quam laudatiſſimi viri publicè concinnarunt,

quales fuiſſe *Gabrielem Naudæum*, Petrum Gaſſendum, *Athanaſium Kircherum* & Io. Bapt. *Ricciolum* nemo negabit, niſi qui Ἀναλφάβητος exiſtimari maluerit.

Iam in Album Aduocatorum Pariſienſium relatus, quid Iuriſprudentia cæteris ſcientiis iuncta valeat, exẽplo Bartoli in Geometricis peritiſsimi *teſte tractat. Tyberiadis*, exhibet in Academiis, in Foro, in Muſæo, vbique trahens omnes, quos in familiaritatem admittit, in admirationem ſuæ virtutis.

Huc igitur conuolate (*tam Noui Iuſtinianei, quam Prolytæ*) & Vtráque tùm Operis, tùm Authoris dignitate excitati *Prodromum hunc Iuſtinianum*, liberâ non minùs quam liberali Mineruâ comparate.

Digitized by Google

AD PRODROMVM
NOVI IVSTINIANI.

Acclamationes de Parnaſſo auditæ.

I^a. D. Spirit. FLECHIER. Academ. Reg.

Vos quibus eſt commiſſa fides, & cura cliẽtũ
Diſcere Iuſtitiam, Ciueſq; agitare ſuperbos
Præſidio legum, & ſanctos defendere mores:
Vos quoque Patriciæ Proceres de ſanguine gẽtis,
Qui dubias lites, incorruptoque ſoletis
Iudicio grauium momenta expendere rerum,
Excipite hunc hilares, multâ cum laude, libellũ.

Interpres ſacræ Themidos, Iuriſque, PAYENVS,
Arbiter antiqui, quo non præſtantior alter,
Iura recenſere, & priſcum diſcernere morem,
Pandit inacceſſas Aſtreæ Virginis aras,
Digeſtaſque Notas, & promptos ordine Textus
Explicat, & pulcrô laudis perculſus amore
Sanctarum prudens aperit compendia legum.

Ille etiam Iuris Seriem, diuerſaque ponit Ius naturale.
Tempora; Saturni gentem, ſine legibus æquam
Sponte ſuâ memorat, nullo diſcrimine rerum,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Tum neque lictoris metuit, nec Iudicis iras,
Seque vnam timuit tacita mens conſcia culpæ.
Scilicet ipſa ſui cuſtos Natura nocentes
Arguit, & ſparſit ſecreti ſemina Iuris
Mentibus & ſanctos docuit ſine Iudice *mores.*

At poſtquã proprios partiri limite cãpos Ius Gentiũ.
Mos fuit, & lectis habitare penatibus Vrbes
Sub Ioue conſuluit placido clementia ſæclo,
Neue in bella ruant homines ſe Iura per omnes
Fuderunt latè populos; & moribus æquis
Seruarunt varia communia fœdera Gentes.

Degeneres tandem vilis contagia lucri Ius ciuile.
Corrupêre animos, & diro fœta veneno
Inuidia, & miſeros agitans diſcordia Ciues;
Hinc vis & fraudes, & Iudicis inde ſuperbi
Triſte ſupercilium, longóque examine lites,
Pallenteſque rei ſcelerum, clamoſaque rauci
Bella fori, & toties collecta Volumina legum.

Egregiè, ſacras leges, & dogmata Iuris
(IVSTINIANE) *tui, nunc digerit arte* PAYENVS.
Audiuêre illum CAVARES, *& Maxima* ROMA
Audiit orantem cauſas, ac Iura tuentem,
Romuleoque foro dignum, veterique Senatu,
Seu libuit genio facili Decreta piorum
Pontificum, & Priſcos viuendi expromere ritus;
Seu formare animos, doctaque exponere genti
Cuſtodes æqui Tabulas, Ciuilia Iura.

At tu, quæ Themidos ſtudiũ, quæ protegis artes,
Quæ Leges ſeruas, daſque ipſa LVTETIA *Leges,*
Applaude Authori, tantoque applaude Libello.

2ª. D. Sebaſt. DAVBVZ. Profeſſ. Reg.

COmmendent Alij numeroſa Volumina Legum,
Nil eſt materies; Forma dat eſſe rei.
Dum (PAYENE) *Nouum* promittis *Iuſtinianum*,
Das PRODROMVM, ſub quo Dogmata cuncta latent.
E Prodromo, prænoſſe licet, velut vngue, Leonem
Cuius Is eſt PRODROMVS ſuſtinet ille vices.

Alia Eiuſdem.

Iuris-Alumne? tui, Liber hic eſt meta Laboris
Paruus mole ſuâ: maius at artis opus.
Signa notat textus, titulos ac tempora rerum
Indicat, hæc curſus ſint Elementa tui.
I Liber? I noſtros Anteambulo dirige greſſus:
Et facilem, recto tramite, ſterne viam.
Pariſiæ decus Aſtreæ, cultorque PAYENVS
Signat iter dictis; Hac lege, tutus eris.

3ª D. Hieron. SAVRON. Profeſſ. & in Sen. Adu.

SI Labyrintæos ambis vitare receſſus,
Filum Ariadnæum (LECTOR) habere decet.
Hoc tibi Dædaliâ contexuit arte PAYENVS,
Quâ legum nodos ſoluere Iure potes.
Scilicet; hic PRODROMVS titulos, & Dogmata legum
Continet, immenſis ſparſa voluminibus.
Ergo texe nouas Authori, texe Corollas,
Qui tibi Iuridicum tam breue pandit iter.

Alia Eiuſdem.

HErmes in Biuiis, digito velut Indice, mõſtrat
Rectam, quam poſſit quiſque tenere viam.
At tibi, qui Iuris varios peruadere flexus
Niteris, Hermetis, PRODROMVS, *inſtar erit.*
Hermeti ſimilis, Digito nam monſtrat Alũnis,
Indice Legis iter: Nec minor eloquio.

4a. D. Ioan. MAVRI Hiſtoriogr. Reg.

AD Themidis qui ſacra venis, properaſque litare
Siſte gradum? PRODROMVS Iuſtinianus adeſt.
Is templum reſerat, quod ſtruxit ritè PAYENVS
Arte nouâ, donec grandius edat Opus.
Illius ex Adytis diuina Oracula promit
Ipſa Themis, Legum ſcilicet ore loquens.
Hæc vt quiſque legat; ſcriptis, ac ore PAYENVS
Explicat, Interpres, Flamen, Honorque Deæ.

Alia Eiuſdem.

Quiſquis ſcire cupit, doceat quid Prodromus *iſte*
Iuſtinianeus, nuntia quaue ferat:
Audiat ex illo Themidis ſacra iuſſa, notetque
Quis mox edendus Iu*ſtinianus erit.*
Scilicet ille tenet contracta Oracula legum,
Si tuus Hoſpes erit, jam propè Doctor eris.

5a. *D. Ant.* CHASSANÆI *in Supr. Pariſienſ. Senat. Aduoc.*

IN Stadio Iuris, multi ſunt viribus auſi,
Ad metam rectà tendere poſſe, ſuis.
Aſt Alij propriis diffiſi viribus, optant;
Vt PRODROMVS ſit eis, Duxque Comeſque viæ.
Hos inter quæris, quæ ſit fortuna? Priori
Nomen erit Docti: Doctor at Alter erit.

6a. D. Alph. SVARESII San-ſulp. Alum. & in Sorbon. Audit.

TV qui Iuridici deſcendis in Atria templi,
Aut qui conſcendis pulpita Iura docens.
Quod Ius ipſe colis, Nùm te ignoraſſe pudebit?
PRODROMVS *illud habet, ſi legis, Omne dabit.*

Alia Eiuſdem.

PRODROMVS *ecce Noui defert oracula Iuris,*
Monſtrat, quidue recens Iuris Alumnus agat.
Nempe terat manibus docti Cōmenta PAYENI
Res mira? ex illis Αὐτοδίδακτος *erit.*

* * *

7a. D. Mich. CARNÆI in Facult. Canon. Pariſienſ. Audit.

OPERIS IDAEA.

IVpiter appenſo librans examine fata,
Ut videt errores, quos ignorantia Iuris
Parturit, Ambitiône Patrum, qui pœnè ſemeſtri
Inſtructos, ad celſa vehunt faſtigia, nato;
Præcipitantque ſacrâ præcingere tempora lauro;
Intonat: & geminans ſonitus, æquare minatur
Docta Lycæa ſolo, Libroſque exurere flammis.

At miſerata Themis dictis compeſcuit iram
His affata Iouem; Tua (Coniunx?) tela repone
In Pharetrã: Ecce Nouũ *meditor demittere terras*
IVSTINIANVM, *qui ſacra Limina claudet Alumnis,*
Quos longæua tenet recti ignorantia Iuris,
Reſtituetque nouis primæuos legibus annos.
Nec mora: tranſmittit Prodromũ *qui læta Lycæis*
Nuntiet, & mæſtos dictis ſoletur Alumnos.

Soluite corde metus (inquit) Iã Prodromus *inſtat*
Iuſtinianæus, qui terris priſtina reddat
Iura, notetque modum diſcendi Dogmata legum,
Ecce venit: Veſtris concedite ſedibus, Ipſe

Fert mea iuſſa, quibus nunc doctos Iuris Alũnos
Eſſe velim, tùm quid Legalis Laurea poſcat,
Dixerat: Et veniens Prodromus ſic ſatur Alumno:

O Iuuenes, Diuæ Themidi qui Sacralitatis?
A Ioue ſancitas ſtudiorum nuncio leges:
Imprimis Methodum, quâ quis Cõpendia textus
Perlegat, expono; Tùm diſcat mente RVBRICAS
Inſinuo: Demùm Legalem Epocham, Hiſtoriæque
Tẽpora certa noto: Admitto nec in Atria quẽquã,
Quin priùs his fuerit, quaſi trino vmbone, retectus
Si quis, me ducente manum, hàc tranſiuerit, illum
Iuſtitiæ celſas deducam promptus in ædes.

Tũ Themis ipſa Iouem ſupplex ſermonibus orat,
Suſcitet vt Myſtam, qui legum Ænigmata ſoluat
Et facili methodo, quæ tradit Prodromus, ore
Explicet, ac doceat, quæ diſcant Iuris Alumni.
Annuit his Rex atque Parens hominũq; Deũmq;
Mercuriumque iubet, rectà vt concedat in Vrbem.
Hoc aſſumat onus, Prodromique oracula pandat.
His pârens iuſſis, celeres Cyllenius alas
Induit, è cælis Francas delapſus in oras
PARISIOS tendit, diuiſa vbi Sequana terras
Alluit; Hîc famâ celebrem totâ Vrbe PAYENVM
Aduocat, & iuſſu Iouis olli talia fatur,

Interpres Diuæ, Flamen, Iuriſque Perite?
Non te Diua Themis donauit acumine mentis,
Et tua, quâ ſplendes, Virtus Priuata lateret.
Iupiter, vt calamo dextram aptes, imperat: & quæ

Prodromus *ipſe tulit noua Dogmata, Iuris Alũnis*
Exhibeas, lucique NOVVM *des* IVSTINIANVM;
Qui legum nodos Iuriſque elementa reſoluat.
Prodromus *ipſe liber, qui mox te Interprete lucẽ*
Obtinuit, monſtrat te longè plurima poſſe,
Perfice cœpta Iouis iuſſu,, tibi Diua fauebit,
Æternum latura decus, famam inſeret Aſtris.
Hęc vbi dicta dedit, ſuperas reuolauit in arces.

Interea Prodromi *cunctas it Fama per Vrbes;*
Edocet ac methodum, redeant quâ priſtina ſæcla
Aurea, & è cęlis terras Aſtræa reuiſat,
Quâque foro atque ſcholis tradantur ſemina legũ,
Queis Themidos, cultor primæui Dogmata Iuris
Hauriat, & dignos lauro ſibi quærat honores.

Scilicet: Iſta tuis adſcribent ſæcula curis,
Docte PAYENE? *Ferent Charites hoc Carmine laudis*
Nomen in Aſtra tuum, Iuriſque-peritus Apollo.

8ª AVTHORIS
Ad Studium Rubricarum
PARÆNESIS
Inſerta eſt *Infra P. 2. §. 9. pag. 317. & 318.*

9[a]. A LA FRANCE
SVR L'AVAN COVREVR DV DROICT,
Contenant la Science des Notes & Rubriques, & l'Hiſtoire du Droict Romain.

SONNET.

Mets fin à tes ſoûpirs(FRANCE?)reprends ta
joye :
Le Ciel a ſecondé tes vœux, & ton eſpoir;
Themis eſt de retour, & deſia tu peux voir
Ce docte AVAN-COVREVR *des loix, qu'elle*
t'enuoye.

Comme vn Aſtre brillant à tes yeux il déploye
Les Maximes du Droit,& l'Art de les ſçauoir:
De là tu dois juger,iuſqu'ou va ſon pouuoir,
Et publier par tout la grace qu'il t'octroye.

De cét AVAN-COVREVR *i'entends la docte voix,*
Qui confond l'ignorãce, en expliquant les loix,
Et des temps inconnus nous découure l'Hiſtoire.

PAYEN *doit par ſes ſoins prẽdre vn rãg glorieux,*
Au milieu des Heros, au Temple de Memoire,
Et Themis établir ſon Empire en tous lieux.

DV PELLETIER

10ᵃ. AV LECTEVR.

SVR L'AVAN-COVREVR DV NOVVEAV IVSTINIEN.

SIXAIN.

Le ſeuere chagrin, que les Dieux auoient mis,
Sur le front ſillonné de l'Auguſte Themis,
La rendoit aux mortels, d'vn accez difficile;
Mais PAYEN *le plus docte entre ſes fauoris,*
Si tu peux l'écouter & te rendre docile,
T'y fera remarquer les graces & les ris.

De ſon Iuſtinien l'Illuſtre AVANCOVREVR
Commence à diſſiper les ombres de l'erreur,
Qui ſembloiẽt retenir Themis, dãs les tenebres:
Et par vn bon ſuccez digne de ſa valeur,
Nous verrons deſormais, nos écoles celebres
Admirer auec joye, & le Liure, & l'Autheur.

Ses Principes nouueaux, & ſes doctes écrits
Qui s'attirent les cœurs, & charmẽt les eſprits
Par le poids des raiſons, & la beauté du ſtyle,
Inſpirent vn beau feu, dont tu ſeras épris;
Lors qu'y voyant briller le charmãt & l'vtile,
Tu diras, que PAYEN *eſt vn homme ſans prix.*

DVCANTON.

Digitized by Google

II[a]. Iuriſconſultorum ORACVLA *ad Nomophilos*.

1. *Bartol. Tract. Tyberiad.*

IN te eſt bene agere, tui verò arbitrij non eſt quid de te quiſque loquatur. *ex D. Thom.*

2. *Gratian. Decr. P. 1.*

Bonæ mentis eſt agnoſcere culpam, etiam vbi culpa non eſt. *Can. fin.* verſ. *etiam culpa diſt. 5.* & priùs animam, quàm linguam erudire. *Conſt.* Omnem *ad Antec.* §. 9. verſ. *priùs animas.*

3. *Pompon. lib. 7. Epiſtolar.*

Sola viuendi ratio optima eſt, Cupiditas ſciendi; *l. apud Iulianum 20.* verſ. *viuendi rationem*, & verſ. *Etſi pedem.* ff. *de Fid. libert.*

4. *Idem lib. ſing. Enchirid.*

Scientia filia eſt diſputationis. Hinc qui nihil dubitat, nihil ſcit. *l. 2. §. 5. neceſſariam eſſe diſputationem.* ff. *de Orig. Iur.*

5. *Celſ. lib. 15. Digeſt.*

At qui ineptè dubitat, minùs ſcit, quia plùs quàm ridiculum ſe facit, & turpitudi-

nem prodit. *l. Domitius labeo 27.* verſ. *aut valdè ſtulta eſt*, & verſ. *plùs enim quàm ridiculum.* ff. *Qu. teſtam. fac. poſſ. l. 2. §. 43.* verſ. *iterum.* & verſ. *turpe.* ff. *de Orig. Iur.*

6. *Cai. lib. 1. ad leg. 12. Tab.*

Vitatur inepta dubitatio ſcientiâ principiorum. *l. 1. in princ.* verſ. *neceſſariò priùs ab initiis.* & verſ *potiſſima pars principium.* ff. *de Orig. Iur.* Exemplo Seruij in *l. 2. §. 43.* verſ. *eâ velut contumeliâ tactus. ff. Eod.*

7. *Iuſtinian. ad Anteceſſor.*

Scientia Principiorum Iuriſperitum ab Imperito diſtinguit. *Conſt. Omnem. §. 7.* verſ. *quoſdam Imperitos.* & verſ. *adulterinam.* Proœm. *Pandect.* & *l. 2. §. 40.* verſ. *ſed plus eloquentiæ.* & §. *43.* verſ. *cauſas oranti.* ff. *de Orig. Iur.* Vide *Infr. P. 2. pag.* 313.

12ª SVMMA Priuilegij Regij, & Alia Pontificij. Inſert. *Infra in Calce Operis poſt Elenchum.*

PRODROMVS IVSTINIANVS SEV PROLEGOMENA

AD SCIENTIAM CIVILEM & Canonicam Manuductio, Iuſtinianæis, antequam Inſtitutionum Limen ſubeant, præſcribenda.

PROŒMIVM.

IVRIS Candidatus, antequam ad altiora Legalis ſacrarij penetralia deducatur, omnino ſex prænoſcere debet. Primò notas eu vocum compendia, quibus & ſcribere & legere, Iuriſconſultorum inſtar, ediſcat; Aliàs enim ſtudij Iuris difficultate deterritus, vel deſertor efficietur, vel magno cum labo-e, ſæpe cum diffidentiâ, quæ plerumque Iu-ienes auertit, ſeriùs ad id perducetur. §. *his gitur. Inſt. de Iuſt. & Iur.*

Secūdò. Debet apprimè quātum poterit memoriâ tenere Rubricas Iuris, ex quibus pēdet ota Iuris ſcientia; Vel ſaltem legum ſcienia, illa prima eſt, vt iiſdem expreſſit verbis *Anton. Mornac.* (Vir ſummæ eruditionis ac in Senatu. Pariſien. Aduocatus Primarius) *Obſeruat. ad l. 1. §. noſtram, Cod. de Vet. Iur. enucl.* ue enim incumbat onus legendi libros le-

gales, qui (vt in quotidiano vſu eſt) per compendia referunt cumulatas Authorum ac Legum allegationes, erubeſcimus enim ſine lege loqui ait Imp. *in l. illam C. de Collat.* & in §. *conſideremus. Auth. de triente & Semiſſe*, ſiue etiam textum allegatum conferre oporteat authographo, vel in fonte, ſeu corpore Iuris reperire, expendendi cauſá, id ſine Rubricarum ordine memoriæ mandato nullatenus, vel non niſi cum magno labore, & ſæpe dedecore expediri poteſt ex imperitia tractandorum voluminum Iuris: niſi velles ad Indicem confugere, quem *Portam Aſinorum* vocat Ioan. Gilenius *in Præfat. ad Local. Iur. memor.*

Vno verbo experietur Iuris Studioſus, quiſquis operam in hoc dederit, ſi titulos memoriâ teneat, vix occurrere quæſtionem poſſe de quâ ſubinde non valeat apud ſe deſignare ſedem materiæ certiſſimam, vt obſeruat *Mornacius ad d. l. 1. §. noſtram.* & *Conrad. Lagius in Methodic. Iur. tradit. lib. 1. cap. 2. verſ. & præter hanc notitiam*, Vnde non minorem gloriam quam vtilitatem ſit relaturus. Quod commendat Chriſtoph. Hegendorphin. *de Compendiaria diſcendi Iur. ratione Progymnaſmate* 5. quem refert Iacob Spiegel. *in Epitom. cap.* 11. ibi *& ſunt tituli ipſi Iuris Ciuilis Loci communes, fol. mihi* 654.

Hinc ingenioſè titulos Iuris, *Μονογράμματα* pulcherrimarum ſcripturarum, & fœcundiſſimum Iuris vocabularium appellauit Conradus Lag. *in Methodic. Iuris tradit. lib. 1. cap. 2.* verſic. *quaſi quadam* & verſ. *nullus eſt Dictionarius*, & Ioann. Gilenius *in Memoria locali* "*Iuris, Epiſt. liminari fol.* 4. ait. non vana gloria "eſt in Iuribus noſtris Rubricas earumque ſe-

"dem bene noſſe ; Audacter affirmare non "erubeſco eum, qui illarum gnarus eſt tan- "tùm profeciſſe, vt ſi non in ſecundis, in "tertiis tamen inter Iurium cultores opti- "mâ ratione conſiſtere videatur ; Audactiùs vero Iacob. Gothofredus *in Manuali Iuris "Præfat. ad ſeriem Digeſt. fol.* 4. ibi. Auſim "dicere potiſſimam ſtudij partem perire, nî hoc "agas, ni hoc ſcias, ne alioqui Indices & ſæpe "fruſtrá perrepere neceſſe ſit ; & iterum inculco illud Mornacii *in d. l.* 1. §. *noſtram Cod de "vet. iur. ennucl.* E rubricis *inqait* pendet tota "Iuris ſcientia, Vel ſaltem Legum ſcientia illa "Prima eſt.

Tertiò Debet Hiſtoricâ Iuris Oeconomiam ſeu Notitiam compoſitionis librorum Iuris Chronologicam habere, per quam faciliùs valeat Iuris Volumen mente non minus quam manibus euoluere, eiuſque legitimas editiones à ſpuriis ſecernere, authoritatem legalem à doctrinali diſtinguere, Antinomias conciliare & vniuerſi Iuris pelago ſeſe, feliciori aurâ, committere.

Quartò Chronologia Legiſlatorũ ac Interpretum impromptu habenda eſt, quâ Iuris Tyro diſtinguendo tempora, quibus diuerſæ Conſtitutiones emanarunt, poſſit Iuris antinomias elidere & à mæandris ac Authorum contrarietatibus ſe liberè expedire ; Necnon illorum elogia, quantùm fieri poteſt, habenda ſunt, quibus allegationum authoritas plus ponderis acquirat.

Quintò Debet Axiomata Iuris, quæ præcipuè in æquitate naturali conſiſtunt, rudi ſaltem Mineruâ animo tenere, quibus veluti ſimplicioribus principiis roboratus, faciliùs ad ab-

Digitized by Google

ſtractiora perducatur, & Philoſophiæ legalis diſputationibus exercitus, ad veriorem interpretationem textuum quaſi manuducatur, ſine quibus nequit aliquis Iuriſperitus videri, licet enim extet in Pandectis titulus *de verbor. ſignificat.* ac titulus *de regul.. Iur.* quia tamen non omnes termini, nec omnia Iuris axiomamata neceſſaria ſub illis continentur; Ideo quaſi Eclogam quamdam tam Axiomatũ Iuris quam terminorum præcipuorum, (Iuſtinianæorum gratiâ) Alphabetico ordine digeſtorum *infra Parte* 5. ſubiiciam, quibus detur omnibus diſputandi campus, & exinde pateat facilis ad Iuriſprudentiã via, quam Pomponius filiam diſputationis apellauit *in l, 2. §. his legibus* verſ. *hæc diſputatio, ff. de Orig. Iuris.*

Sextò Demũ Synopſis præambula librorum IV. Inſtitutionum neceſſaria eſt, quâ ſummi apices terminorum Legalium & actionum, quarum mẽtio fit in primo vel ſecundo Inſtitutionum libris, antequam ad materiæ ſedem peruentum ſit, innoteſcant, vt ſupra præmonet *ad Iuriſprudentiæ candidatos Liminaris Epiſtola.* Ideo Iuremeritò totus hic Prodromus Iuſtinianus partibus ſex conficitur abſolutè neceſſariis ei, qui verè Iuſtiniani filius adoptiuus haberi voluerit, hoc eſt, qui non vulgares inter & gregarios, quos Doctorellos vocant, & Budæus *puræ parmæ albæque tyrones*, ſed inter Doctores primæ notæ ſeu Triarios ambierit recenſeri.

PRODROMI IVSTINIANI:

PARS I.

Methodus Legendi Compendia Textuum & Allegationum.

§us Ius.

DE NOTIS LEGALIBVS

Seu Verborum Compendiis, ad Lectionem Librorum Legalium neceſſariis.

NON pudeat Nouum Iuſtinianæum, in ipſo Iuriſprudentiæ Propylæo, nouam legendi, ac ſcribendi Methodum, Iuriſperitis propriam excipere. Etenim ei cura primùm incumbit, vt legales Notas, ſeu literarum compendia, quæ in ipsâ legalis textus lectione occurrunt, calleat expeditiſſimè, nè aliàs hæſitatio vel minima ſic eius famæ detrahat, vt hoc ſolo cæterorum ignorantiam arguat, quaſi ex Primi huius elementi omiſ-

ſione, reliquorum inſcitia, Iuris quâdam neceſſitate inferatur.

Vnde in Auguſto Auenici Collegij Senatu, me inter Patres conſcriptos (quos Aggregatos, aut Participantes Vulgus vocat) ſedente, Vidi Candidatum ex ſolâ gloſſarum per compendia ſcriptarum ineptâ lectione, reprobari calculis Patrum, ſuſpenſis ad ſemeſtre Doctoratus literis, ſub ſpe futuri ſtudij, nouo examine, gratis probandi.

Scientia notarum legalium neceſſaria.

Quem ſcopulum vt Philonomus deuitet fœliciùs, præ cæteris obſeruet religioſiſſimè, nè aliis verborum compendiis ſcribendo vtatur, quam legalibus ac Iuriſperitorum vſu probatis: Et viceversâ nè ad extenſum ſcribat ea, quæ ſcribi per compendia ſolent, quod licet apertiùs vſu diſcatur, vt ait Imperator *in §. quæ omnia Inſtit. de Satiſdationib.* Quædam tamen magis præcipua & frequentiora ſubiecto duplici Diagrammate cerni poſſunt, & ex illis cætera coniici, cum oculatâ fide magis, quàm per aures, veritas animis hominum infigatur, ait Imp. *in §. fin Inſtit. de Gradib. cognat.*

Hodiernæ notæ non cadunt ſub prohibitione.

Neque verò ſunt hæ Notæ Legales contrariæ Iuſtiniani prohibitioni *in Conſt.* omnem. §. 8. verſ. *& per compendium Proœm. Pand.* & in *Conſt. cordi 3. Proœm. Codic.* §. 5. verſ. *ſine ullâ ſignorum* ſeu *l. 1. C. de Emend. Cod. D. Iuſtinian.* & in *l. 1.* §. *ne autem* 13. *& l. 2.* §. 22. verſ. *non per ſigna C. de Vet. Iur. enucl.*

Siquidem Signa hæc ſeu Siglæ, de quibus in d. prohibitione, non erant ſimpliciter compendia, vt ſunt hæ Notæ *ſequenti Diagrammate* ſubiectæ, ſed Hierogliphica, ſeu veriùs Ænigmata, quibus, ante inuentam typices artem, Scriptores Europæi vtebantur, vt citiùs ſcriberent, teſte *Manilio*

libro 4. Aſtronomic.

Hic & erit Sriptor foelix, cui Litera verbum eſt,
Quiq; Notis linguam ſuperet, curſumque loquetis,
Excipiens longas, noua per Compendia, voces.

Imò longè antiquior fuit mos hic ſcribendi, quippe quem Alij ad Pythagoram, ad Ciceronem alij, quidam ad D. Cyprianum referant. Sed quidquid ſit de Notis hieroglificis, de quibus latè *Athan. Kircher. in Acu Pamphilianâ,* & in *Oedippo-Ægyptiaco.* Quod ad Notas Literales & legales attinet, Referenda eſt illarum inuentio ad Ciceronis tempora., eiuſque Libertum nomine *Tyronem,* circa Ann. V. C. 700. ſeu ante Chr. ann. compl. 52. *teſte Euſebio in Chronic.*

Origo Notarum Legalium:

Quæ verò fuerint illæ Siglæ, ſeu Notæ Legales, quaſi Literæ aut Literales Notæ hieroglificæ exhibet duplex Index tempore Caroli Magni circa ann. Chr. 800. editus. Ius. quidem à Mangone IC. 2us. à Valerio Probo, vterque Impreſſus in editione Cujacianâ Codic. Theodoſ. *inter Frag. Vet. Iur. Auth.* Alium de Notis Iuris tractatum edidere *Siculus Flaccus* & Innocentius *relati à Io Siccard. in Præf. ad Cod. Theodoſ.*

Quid Notæ Hieroglificæ

Vnde meritò fuerunt Siglæ Iuſtiniani temporibus prohibitæ ad tollendam omnem ſuper textualibus literis (quæ tunc omnes MSS. erant) fraudis ſuſpicionem, vel contentionem. Quæ ceſſat hodie in deſcriptis ſub Diagrammate ſequ. cum non ſint captiones, vt erant in *d. l. 1. §. 13.* verſ. *non per ſignorum captiones, & compendioſa ænigmata,* Cod. *de Vet. Iur. enucl.* Mornac. *ibid in §. iubemus.* Cuiac. *lib. 12. obſ. 40. vbi quì differat Sigla à* Notâ, *figuris ad oculum monſtrat.*

* * *
* *
*
* *

§us IIus

Diagramma Primum Inſigniorum Dictionum apud Authores per Compendia ſcriptarum.

A	
Abb.	Abbas.
Accurſ.	Accurſius.
Æmil. Ferret.	Æmilius-Ferretus.
Ant. Auguſt.	Antonius-Auguſtinꝰ.
Antec.	Anteceſſor.
Auth.	Authẽtica.
Alciat.	Alciatus.
Angel.	Angelus.
Anaſt.	Anaſtaſiꝰ.
Aretin.	Aretinus.
B	
Bald.	Baldus.
Bart.	Bartolus.
Bud.	Budæus.
Borcholt.	Borcholten.
C	
ca. vel can.	Canone.
Caſtren.	Caſtrenſis.
c. vel cap.	capite vel-capitulo.
C. Auen.	Codice Auenico.
C. Flor.	Codice Florentino.
C. Goth.	Codice Gothofredico.
C. Germ.	Codice Germanico.
C. Hal.	Codice Haloandrino.
C. Th.	Codice Theodoſiano.
Col.	Columna.
Connan.	Connanꝰ.
Coraſ.	Coraſius.
Couuar.	Couuarruuias.
Cuiac.	Cuiacius.
D	
Dec.	Deciſiones.
Dec.	Decius.
Decia.	Decianus.
D. vel ff.	Digeſtis.
DD.	Doctores.
Donel.	Donellus.
d.	Dictus.
dd.	Dicti.
Duaren.	Duarenus.

E	
X. vel Ext.	Extra.
Extrauag.	Extrauagantes.
Eod.	Eodem.
F	
Fab.	Faber.
Fachin.	Fachinæꝰ.
Felin.	Felinus.
Fol.	Folio.
G	
Gloſſ.	Gloſſa.
Germon.	Germoniꝰ.
Gouean.	Goueanus.
Gratian.	Gratianus.
H	
Hal.	Haloander.
h. t.	hoc titulo.
I	
Iaſ.	Iaſon
Ibid.	Ibidem.
Imp.	Imperator.
Imp.	Imperiales.
In fin.	In fine.
Inf. vel ĩ.	Infra.
In. 6.	In ſexto.
Inſtit.	Inſtitutionibus.
Iuſtin.	Iuſtinianus.
Io. de Anan.	Ioannes de Anania.
L	
L.	Lege.
Lib.	Libro.
Loc. cit.	Loco citato.
M	
Mancin.	Mancinus.
M S.	Manu-ſcriptum.
M. SS.	Manu-ſcripta.
Maran.	Maranus.
Marant.	Maranta.
Merend.	Merenda.
Mornac.	Mornacius.
Myſing.	Myſingerꝰ.
N	
Nou.	Nouella.
O	
Oinot.	Oinotomus.
P	
Iul. Pac.	Iulius Pacibus.
Pag.	Pagina.
P.	Pandectis.
§.	Paragrapho.
Panorm.	Panormitanꝰ.
Pereſ.	Pereſius.
Pichard.	Pichardus.
Q	
Q. vel qu.	Quæſtione.
R	
Reſ.	Reſolutione.
S	
S.	Supra.
SC.	Senatus Conſultum.
T	
Tit.	Titulo.
V	
Vacon.	Vaconius.

Verb.	Verbo.	Vueſemb.	Vueſembecius.
Verſ.	Verſiculo.	Vſib.feud.	Vſibus feudorum.
V.C.	Vrbe Condita.		

§us IIIus

Diagramma Secundum Inſigniorum Dictionum in Legum Textu per Compendia ſcriptarum.

A	
A.	Auguſtus.
A.A.	Auguſti.
A. & C.	Auguſtus & Cæſar.
A. A. & C. C.	Auguſti & Cæſares.
Accept.	Accepta.
C	
C.	Cæſar.
C.	Clariſſimus.
CC.	Cæſares.
CC.	Clariſſimi.
CC. vel CC.Conſ.	Clariſſimis Conſulib⁹.
Cæſ.	Cæſar.
Cæſſ.	Cæſaribus.
Cal.	Calendas.
Ciuitat.	Ciuitatis
Cl. Cæſ:	Clariſſimus Cæſar.
Com.	Comes.
Com. R. P. vel Rer. Priu.	ComesRerumPriuatarum.
Com. S. L. vel ſacr. larg.	Comes ſacrarum lar-

	-gitionum.
Con. vel. Coſ.	Conſule.
Conſ.	Conſularis.
Coſſ. vel Conſſ.	Conſulibus.
Conſt. vel CP. vel Conſtp.	Conſtantinopoli.
Correct.	Correctori.

D

D.	Data vel dicta.
Dat.	Data.
D. S.	Data Subſcripta.
D. PP.	Data propoſita.
D. N.	Domino noſtro.
Dix.	Dixerunt.

E

Emiſ.	Emiſſa.

F

Fl.	Flauius.

G

G.	Geſta.
Gen. P. P.	Genadio Præfecto Prætorio.

I

Id.	Idus vel Idibus.
Imp.	Imperator.
Impp.	Imperatores.
In for. Tra.	In foro Trajani.

K

IV. Kal.	Quartò Kalendas
K. N.	Kariſſimo nobis.

L

Lg.	Lege.
L. Iul.	Legem Iuliam.
Lect.	Lecta ſcilic; apud acta

M

Mag.	Magiſtro

Digitized by Google

Magiſt.mil.	Magiſtro militum
Mag.off.	Magiſtro officiorum
N	
N.	Nobiliſſimo
N.Cæſ.	Nobiliſſimo Cæſare
N.N. Cæſſ.	Nobiliſſimis Cæſari-bus
Non.	Nonas vel Nonis
N.P. vel Nob.P.	Nobili vel Nobiliſſimo Puero
O	
Off.	Officiorum
P	
P. vel Pr.	Præſidi
Præſ.prouin.	Præſidi prouinciæ
P.P.	Propoſita vel Patri pa-triæ, vel Præfecto-Prætorio
PF.	Præfecto
PP.G.	Propoſita Geſta
P.V.	Præfecto Vrbi vel Vi-gilum
P.V.R.	Præfecto Vrbis Romæ
P. vel PF. Aug.	Præfecto Auguſtali
P P.Emiſſ.	Propoſita Emiſſa
P.P. Gal.	Præfecto Prætorio -Galliarum
Pet.	Petita
Pleb.	Plebis
Præf. ann.	Præfecto annonæ
Præt.	Prætoribus
Pr. vel Prid.	Pridie
Prop. vel Propoſ.	Propoſita
Proconſ.	Proconſul.
Proconſſ.	Proconſules
Publ.iudic.	Publicis iudiciis

Digitized by Google

Q

Quæſt.	Quæſtori

R

R. P.	Rerum priuatarum
R.P.Orient.	Rerum priuatarum Orientis

S

S.	Salutem, vel ſcripta, vel ſubſcripta vel ſuppoſita.
S.D.	Salutem dicit, vel dicunt vel ſcripta data
Subſcr.	Subſcripta
S.L.	Sacrarum largitionum
Sacr.lit.vel S.L.	Sacrarum literarum
S.P.	Subſcripta Petita
S. P.	Suppoſita
S. PP.	Subſcripta Propoſita
Supp. vel ſuppos, vel ſuppoſit.	Suppoſita
S.Petit.	Subſcripta Petita

T

Tit.	Titulus
Trib. Pleb.	Tribunus Plebis

V

V.	Viro
V.C.	Viro Clariſſimo
VV. CC.	Viris Clariſſimis
Vic. vel Vicar.	Vicario

§. IV.

Analyſis Allegationum Legalium è Corpore Iuris vtriuſq; depromptarũ.

SECTIO I.

Allegationes è Corpore Iuris Ciuilis.

IVs ciuile pręcedit in ordine doctrinæ Ius Canonicum, licet in ordine dignitatis ab illo præcedatur, Ius enim Canonicũ ſine præuiâ Iuris Ciuilis cognitione, nec doceri, nec ediſci valet, vt infra, *Part.2. in Proœm.* & §. 2. *ſect.* 1. & *Part.* 3. §. 7. *ſect.* 1. præmonitum eſt. Ideo in decurſu totius huiuſce Iuſtiniani Prodromi præmittitur de Iure Ciuili tractatio, quippe quæ ſolâ tyronum gratiâ inſtituatur. §. *igitur Proœm. Inſtit.* & §. *his igitur Inſtit. de Iuſt. & Iur.*

Ex Imperial. Inſtitutionib.

§. *Sed & quod principi Inſtit. de Iur. Natur. Gent. & Ciuil.*
§. *Vel ſinguli.* 6. *apud Imper. de Pupillar.*
§. *Actionum* 28. *apud Iuſtin. de Actionib.*

Prima verba ſunt verba Initialia §ⁱ diſpoti ſub Inſtitutionum allegato titulo, Cætera

patent

patent ex præmiſſo Diagrammate 1. *ſub* §.2. Reſoluitur 1^{u} exemplum in hanc orationem. *Paragrapho ſed & quod principi. Inſtitutionibus. De Iure naturali, gentium & ciuili.* & ſic de aliis.

2. Ex Pandectis.

l. ſeptimo 12. *ff. De ſtat. hominum.*
l. gallus 29. *De liber. & Poſth.*
De *ſolutionib. Paulus.* 99. *al. debitorem.*

In 1. & 2. exemplo Prima verba ſunt Initialia legis diſpoſitæ ſub tit. Pandectarum, ordine numeri adiecti.

At in 3. exemplo prima verba ſunt initialia tituli Pandectarum, ſub quo Lex allegata incipiens dictione *Paulus*, & in alio Codice incipiens dictione *debitorem* diſponitur; Hoc vltimo modo vtuntur gloſſæ, & Antiqui Interpretes; Moderni duobus prioribus.

Reſoluitur 1^{u} exemplum in hæc verba, *lege ſeptimo. duodecimâ Digeſtis de ſtatu hominum.* Vltimum vero exemplum in hanc formam extenditur. *Digeſtis* (quod ellypticè ponitur ad differentiam Codicis, cuius nota nunquam ſubauditur, niſi exprimatur) *de ſolutionibus lege paulus* 99. *aliàs debitorem.*

3. Ex Codice.

l. poſt aditam 5. *C. de Impuber. &c.*
Auth. ingreſſi Cod. ſacr. Ecleſ.
L. 1. *C. de Maiuma. lib.* 10.

Prima verba ſunt initialia allegatæ legis è titulo Codicis *de Impuberum aliiſque ſubſtitutionibus* depromptæ, in ordine 5^{æ} & Reſoluitur in hæc verba. *l. poſt aditam quintâ. Codice de Impuberum &c.*

Digitized by Google

In 2. Exemplo Prima vox *Ingreſsi* deſignat verbum Initiale Conſtitutionis è Volumine Authenticorum depromptæ, & inſertæ ſub hoc titulo Codicis *de Sacroſanctis Ecleſiis* ad declarationem legis immediatè præcedentis. Reſoluitur vero in hæc extenſa verba. *Authentica Ingreſsi. Codice de Sacroſanctis Eccleſiis.*

3ᵘ Exemplum denotat textum allegatum eſſe depromptum è libro 10. Codicis ſub titulo de *Maiuma*. Et Reſoluitur in hæc verba extenſa, *lege prima Codice de Maiuma.*

4. Ex Volumine Authenticorum.

§. diſponat. Auth. de nupt.

Nou. 22. cap. 2.

Cap. 1. *Nou.* 159. ſeu *§. nos igitur Auth. de reſtit. fideicom.*

Primi exempli verba ſunt Initialia §i inſerti in Authenticis ſub tit. 1. *De Nuptiis. Collatione* 4. in Editione Germanica, quæ Vulgata vocatur. Reſoluitur vero in hæc extenſa verba. *Paragrapho diſponat Authentica de Nuptiis.*

2ᵘ Exemplum deſignat allegatum textum depromptum eſſe ex *Nouellis* numerorum ſerie ordinatis in Editione Haloandrinâ, vel Contianâ, vel ſcringerianâ vel Gothofredicâ in quibus numeri omnium Nouellarum non correſpondent ad titulos nouem Collationibus ordinatos ſub Editione Germanica, quæ ſola Authentica eſt & Legalem authoritatem obtinet *vt infra dicetur. P.* 2. § 1 *ſect.* 4.

Nam titulus *Nouellæ* 22. qui in Germanicâ editione eſt *de Nuptiis*, in Haloandrina eſt

de Iis qui nuptias iterant. Et Authentica ſeu Nouella *de reſtit. fideic.* quæ in C. Germ. eſt *ſub coll.9.tit.*8.In hal. & in aliis eſt *ſub coll.* 9. tit. 42. & nũmeratur in ordine *Nouell.* 159. ſub tit. *vt reſtitutiones fideicom &c.*

In 3. exemplo textus allegatur depromptus etiã ex Editione Hal. vel Cont. aut Gothofredica, quæ nec inter ſe concordant, nec vlla cum Germanicâ, Nã in Haloandrinâ & Gothofredicâ huius nouellæ titulus eſt. *Vt reſtitutiones fideicommiſsi vſque ad vnum gradum conſiſtant,* At in Florentinâ, Contiana, Germanica & Auenicâ titulus eſt *De Reſtitutione fideicommiſsi, & nomine familiæ quod vſque ad 4. gradum &c.* Rurſus hæc Nouella. 159. in Editionibus Hal. Scring. & Goth. impreſſa eſt *ſub Collat.9. tit.* 41. At in Flor. Cont. Germ. & Auenicâ inſeritur *ſub Collatione 9. tit.* 8. Ratio huius diuerſitatis eſt, quia Haloander, Scringerus & Gothofredus regularunt ordinem Nouellarum ab ordine numerorum & annorum, quibus editæ & ordinatæ primùm fuerant, non autem ab ordinatione Irnerii (ſeu Bergũtionis aut veriùs Lotharij 2i) in nouem Collationes diuisâ de quo latiùs infr. *Part.* 2. *§.1.ſect.4. & §.4. ſect.4.& 5.*

5. Ex Volumine Feudorum.

Cap. Imperialem De prohibit. feud. alien. per Frider.

cap.1.§ omnes peregrini, Tit. de ſtatut. & conſuetud. contr. libert. Ecleſiæ. in Conſtit. frideric.

Prima allegatio denotat textum è Volumine feudorum depromptum, eſſe *ſub titulo* 5.

libri 2. & 2[da] deſignat §[u] depromptum ex Conſtitutionibus Friderici.1. quæ terminant librum 2.feudorum eſtque in Serie noſtrâ Rubricarum titulus. 59. lib. 2.

6. Ex Volumine Extrauagantium Iuris Cæſarei.

Extrauag. ad reprimendum Tit quom. in læſ. mai. crim. proc.
Conſtit. quoniam qui ſint rebell.
Conſt. in nomine §. Priuilegia in Extrauag.

Analyſis huius allegationis patet ex collatâ reſolutione præcedẽtis, deprompta enim eſt ex libro Extrauagantium Iuris Cæſarei Conſtitutionum, quæ ſunt vltima pars Codicis Iuſtinianæi poſt Volumen Feudorũ inſerta.

SECTIO II.

Allegationes ex Corpore Iuris Canonici.

1. Ex Decreto Gratiani.

c. erit autem lex. 2. *diſt.* 4.
ca. iuramenti 12. 22. *qu.* 5.
ca. quicumque 8. *diſt.* 1. *de pœnitentia.*
c. liquido 54. *diſt.* 2. *de conſecrat.*

Vel

diſt. 4. *erit autem lex.*
22. *q.* 5. *iuramenti.*
de pœnitentia diſt. 5. *quicumque.*
de conſecrat. diſt. 2. *liquido.*

Prima verba quatuor priorum exemplorum ſunt verba Initialia textus deprompti ex Decreto Gratiani ſub numero diſtinctionis, excepto 2. exemplo quod ex notâ literæ. Q. indicat textum depromptum eſſe ex 22. cauſæ ſeu controuerſiæ quæſtione. 5. Et Reſoluitur 1. & 2ū exemplum in hanc formam, *Canone iuramēti vigeſima ſecunda* (intellige *cauſa*, quæ ſemper hic ellypticè ſubauditur) *quæſtione* 5.

Quatuor poſteriora exempla quibus vtuntur antiquæ gloſſæ, & Interpretes à prioribus differunt ſolùm, quòd verba Initialia textus poſtponantur numero diſtinctionis vel quæſtionis, vbi pręponuntur in prioribus. Et ſic de aliis.

2. Ex Decretalibus Gregorianis.

c. de Iure 16. *ext. de Iure patr.*
c. de quarta 4. *ext. de Præſcript.*
cap. relatum. el 2. *ext. de teſtam.*
cap. omnipotens 4. *de Accuſation.*

Prima verba ſunt Initialia capitum ſeu capitulorum; Numeri vero adjecti deſignant ordinem quotitatiuum illorum, ſub quo reperiuntur in ſubjecto titulo collectionis Gregorianæ;

Reſoluuntur verò hæc quatuor exempla in hæc extenſa verba.

Capite 16. *extra de Iurepatronatus.*

Capitulo de quarta extra de Præſcriptionibus.

Capite relatum el ſecundo extra de teſtamentis.

Quà voce *el ſecundo* indicatur ſub titulo de *teſtamentis* ineſſe duo capitula initiata ab eodem verbo *relatum*, quo allegandi more vſi

Digitized by Google

ſunt gloſſatores ac Interpretes antiqui.

Et capite omnipotens. 4. de Accuſationibus. (intellige ellypticè in libris quinque Decretaliũ Gregorii 9. ad differentiam Decretalium ſexti, cujus nota nunquam ſubauditur niſi exprimantur hæc verba *in ſexto.*

3. Ex ſexto Bonifaciano.

c. vbi periculum 3. de elect. in 6.

Hæc allegatio non differt à priori, niſi ex adjectâ vltimâ clauſulâ *in 6.* quæ reſoluitur in hæc verba *in ſexto*, denotantia textum eſſe quærendum in volumine, quod vocatur Sextus Bonifacianæ compilationis. Non in volumine Gregoriano libror. 5. Decretalium.

4. Ex Clementinis.

Clementin. ſæpe 2. de verb. ſignif.

Præcedens expoſitio huic præſtat intelligentiam indicans hunc textum quærendum fore ſub Volumine, quod Clementina compilatio appellatur.

5. Ex Extrauagantibus Ioannis 22.

Extrauag. execrabilis de Præbendis apud Io. 22.
Conſt. execrabilis. 3. in Extrauang. Io. 22.

Reſoluitur hæc 2. allegatio in hanc formam Extrauaganti conſtitutione quæ incipit, *execrabilis*, & eſt numero tertia inter conſtitutiones extrauagantes Ioannis 22. Allegatio tituli eſt neceſſaria, quando non allegatur numerus conſtitutionis, vt in 1° exemplo.

6. Ex Extrauagantibus. Communibus.

Extrauag. ambitioſam De reb. ecleſ. non alien. in Extrauag. Commun.

Differt hæc allegatio à præcedenti, quod hæc perquirenda ſit in libro Extrauagantiũ communium,ſeu diuerſorum Pontificum,illa verò in libro Extrauag. Io. 22. & extenditur in hanc formam *Extrauaganti ambitioſam de Rebus Eccleſiæ non alienandis in Extrauagantibus communibus.*

Cæterum quoad initialem literam. *c.* cuilib. allegationi canonicæ præpoſitam; Præcauendum eſt illam ſemper reſoluendam eſſe in voculam *canone*, quoties nullus titulus allegationi annectitur, vt in exemplis à Decreto Gratiani depromptis ſupra *pag.* 16.

In voculam vero *capite* reſoluenda ſemper eſt, quoties titulus adjectus legitur, vt in exemplis Decretalium Gregorij IX. & Bonifacij VIII. ſupra. *pag.* 17. *&* 18.

Digitized by Google

PRODROMI IVSTINIANI.

PARS II.

TRACTATVS.

De Iuris vtriuſque Rubricis.

PROŒMIVM.

VNIVERSVM Corpus Iuris, quod in vſu hodierno eſt, primariò diuiditur in Ius Canonicum, ſeu Pontificium; & Ciuile ſeu Cæſareum; Hoc dignitate cedit Canonico, ſed in ordine temporis & in ratione docendi, illud præcedit vt ſupra *Part.* 1. §. 4. *Sect.* 1. dictum eſt. Subdiuiditur in ſeptem volumina, Volumen in libros, Libri in Rubricas ſeu titulos, Tituli in leges, Leges in §os, §i in verſiculos.

Primum volumen dicitur Digeſtum Vetus. 2. Infortiatum, 3. Nouum, 4. Codex, 5. Authenticæ, 6. Vſus Feudorum, 7. Inſtitutiones, quæ tamen in ordine docendi cæteras Iuris ciuilis partes præcedunt ex Iuſtiniani *Conſtitutione omnem Proœm. Pandect.*

Corpus Iuris Canonici in quinque volumina diuiditur, Volumen in diſtinctiones vel cauſas vel libros; Diſtinctiones in canones; Libri in titulos; Tituli in capitula; capitula in §os.

Primum Volumen dicitur Decretum Gratiani, 2. Decretales, 3. Sextus Bonifacij 4. Cle-

metinæ, & 5. Extrauagãtes. Sed qui aliud è nouis Põtificiis Cõſtitutionibus à Petro Mathæi I. C. Lugdunenſi collectum addunt, Publico imponunt, Priuatam enim non Legalem authoritatem vendicat; Itaut Iuuenum animos conturbet potiùs quàm juuet, *prout infra* §. 5. *ſect.* 5.

Rubricæ igitur dicuntur tituli à rubro dictæ: quod minio ſcribi ſolitæ ſint, ad differentiam legum, quæ ſub quoque titulo diſponuntur nigro caractere ſcriptæ; Vnde vulgata Iuris Axiomata prodiêre, *Nigrum* quandoque recipere declarationem à *Rubro*, & *Rubrum* aliquando latius eſſe *Nigro*.

Titulus verò denominatur à vocabulo Titan, quod Titanis inſtar, materiam ſibi ſubjectam illuſtret, ſi fides Tobiæ Magyro *in ſuo Polymnemone* verbo *titulus*.

In his Rubricis ediſcendis paulatim agendum eſt, ne ſi quis præcipitanter omnes ſimul vnico velut impetu inglutire præſumpſerit, labore per territus aut diffidentiâ, quæ ſæpe juuenes auertit, ſeriùs ad id perducatur. § *his igitur. Inſtitut. de Iuſt. & Iur.* Ideo ſufficiet candidato repetita ac ſæpiùs iterata lectio, quâ memoriæ illas imprimat, & ex Apelle,

Nulla dies abeat, quin linea ducta ſuperſit.

Faciliùs verò Rubricas has mente referet, ſi ſummatim in genere, quid in ſubſtantiâ contineant, obſeruet; & poſtea Verſus vel Seriem illarũ memoriæ mandet ſeruato Irnerianæ ſeu Imperialis aut Germanicæ editionis ordine, quę Vulgata appellatur, & ſola pro legali & authentica commendatur, quamuis differentiam aliarum quatuor editionum ad diuerſa ſed certa ac inſignia MSS. exempla-

ria factarum annotauerim in margine, pro doctrinali non legali intelligentiâ exemplo recentiorum Interpretum de quibus latiùs infrâ. §. 1. *Sect.* 4. *&* 5. *&* §. 4. *in Princip.*

§us Ius

De Rubricis Iuris Ciuilis In genere.

SECTIO I.

De Rubricis Imperialium Inſtitutionum in genere.

BINA fuit Iuſtiniani authoritate, Inſtitutionum, ſicut & Codicis Iuſtinianæi editio. Ideo Inſtitutiones ſub diuerſo reſpectu ſunt Codice poſteriores & priores, quod ſummè à Nouis Iuſtinianæis preno tandum eſt, eò quod textus Inſtitutionum allêget Conſtitutiones Codicis Iæ Editionis, quæ in Codice hodierno repetitæ prælectionis non inueniuntur.

Itaque ſecundum computationem Antonij Contii quâ Gothofredus vtitur, prima Codicis Editio continens ſolas Conſtitutiones Cęſarum prodiit anno Chriſti 529. Idib. April. Imperij 3.

Succeſſiuè anno 533. menſe Nouembris, prima Inſtitutionum, & menſe Decembris prima Pandectarum editio, lucem obtinuit.

Deinde anno 534. Imperij 8. menſe Nouembris ſecunda Iuſtinianæi Codicis editio,

abrogata priori, prodiit in lucem, tribus ſolum partibus tunc compoſita ſcilicet Pandectis, Conſtitutionibus Cæſarum, & Inſtitutionibus, quæ ideo repetitæ prælectionis appellata eſt. *l. 1. C. de Emendat. Cod. Iuſtiniani & ſecund. eius edit.* Cui adiecti ſunt temporibus & authoritate Lotharij 2. circa annos 1130. & 1160. libri Nouellarum, Feudorum, & Extrauagantium de quibus infra *Par. 2. §. 4. Sect. 4. & 5.* & *P. 3 §. 6. nu. 25. 37. ac ſeqq.*

In his Inſtitutionum Imperialium libris quatuor ſecundæ editionis ſeu repetitæ prælectionis, quâ ſolum vtimur, ſumma Iuris Ciuilis principia continentur, quibus faciliùs ea quæ latiùs in Pandectis docentur, ex I. Ctorum Reſponſis deducta intelligantur, vt Imp. ait in §. *his igitur de Iuſtitia & Iure* & §. *fin. de Public. Iudic.* Vnde Inſtitutiones, quaſi inſtructiones appellatæ ſunt, & Iuris elementa ſeu totius eruditionis fundamenta in *l. 2. §. ſed & cum proſpeximus.* verſ. *quibus Iuuenes. C. de vet. Iur. enucl.* Cum in illis ſummæ ſolùm Iuris regulæ, & totius legalis ſcientiæ principia contineãtur, teſtibus Cujac. & Antonio Fabro.

In 1. libro agitur *de Iuſtitia & Iure* & perſonis in quibus Ius exercetur & continentur tituli 26.

In 2. libro de Rebus, ſeu variis modis acquirendi rerum dominia titulo vniuerſali vel ſingulari & continentur tituli 25.

In 3. libro de quibuſdam aliis modis qui ſupererant acquirendi dominia rerum titulo vniuerſali, vſque ad titulum 14. *de Obligationibus*, à titulo autem 14. de Obligationibus vſque ad titulum 1. libr. 4. intendens Im-

perator Actiones exponere quibus res noſtras, vel nobis debitas petimus, præmittit de Obligationibus ciuilibus ex contractu, quo oritur obligatio, quæ mater dicitur actionum. *l. licet 42. §. obligatio ff. de procuratoribus.* & continentur tituli 30.

Demum lib. 4[us] à tit. 1. ad titulum 6. agit de Obligationibus Ciuilibus, quæ ex maleficio oriuntur, ſed à tit. 6. ad titulum 17. de Actionibus Ciuilibus, quæ ex contractu vel quaſi; Tit. demũ 18. de Actionibus Criminal.

SECTIO II.

De Rubricis Pandectarum. In genere.

PAndectæ dictæ ſunt à Παὶ & δέχομαι id eſt omnia contineo, quod omnia Veterum Iuriſconſultorum reſponſa, velut in vnum digeſta, contineant; Vnde latinè Digeſta nominantur; Maluit autem Ant. Aug. *tractatu de Nominib. propr.* Pandectem à nomine πανδέκτης τȣ̃ πανδέκτȣ appellari: ſed apud nos communis Interpretum vſus præualuit, vt voce Pandectarum, non Pandectis vtamur; ne imbecilla adhuc Iuuenum ingenia nouis vocabulis turbaremus.

Signatur verò Pandectarum allegatio in libris græcâ literâ π vel latinâ P. vel duplici *ff.* ſicut Paragraphus duplici *ſſ.* ab vſu veterum gloſſatorum teſte Alciato, de quo infra.

Tripertitam diuiſionem ſortitæ ſunt, 1[a]. à Iuſtiniano in partes VII. de quibus in *Conſtit. Proæmiali Pãdect. Incip. omnẽ ad Antecеſ. ſcripta.*

2ª. à Triboniano aliiſque ſ[ori] compoſitoribus, in libros 50.

3ª. à Primis Gloſſatoribus, in tria Volumina, ad Interpretum & ſtudentium commoditatē: cum priùs in duo ſolùm eſſent diſtincta, vt latiùs *infra* §.4.*ſect*.2. exponitur.

1ᵘ. Vocatur Digeſtum Vetus, 2ᵘ Infortiatum & 3ᵘ Nouum; Primum volumen Veteris nomen accepit ex ordine ſcripturæ, nō à prioritate tēporis. Cum eodem tempore tam Vetus quam Nouum (tanquam pars Iuſtinianæi Codicis repetitæ prælectionis) in lucem prodierint *vt dixi*, Nondum enim elegantia linguæ latinæ, prioribus Gothorum deuaſtationibus extincta, priſtino ſuo nitori fuerat reſtituta.

Exinde Iidem primi Gloſſatores latinitatis barbariem & vſum ſui temporis ſecuti, nomē Infortiati 2° volumini impoſuere, quòd partim ex 1° partim ex 2° volumine prioris Pandectarum corporis conflatum fuiſſet, teſte Franc. Broæo Bituricen. Anteceſſ. *in Prolegom. Inſtit.* Vel ſi malis, quòd materiam vltimarum voluntatum cæteris difficiliorem cōtineret: tempora enim Antiquiorum Gloſſatorum materiam difficilem, teſte Bartolo, *fortem*, appellabant, de quibus Veteris Infortiati & Noui nominibus latiùs egit *Lælius Mancinus. Patau. Antec Diſquiſ. Genial. Centur. cap*.

Hoc igitur Pandectarū Corpus, cum ſcriptū eſſet vno tenore ſine diſtinctione capitum ſeu legum, vt patet ex Autographis MSS. Iidem Primi Gloſſatores maioris perſpicacitatis gratiâ, titulos ſeu Rubricas libri cuiuſlibet, legum capitibus ſubdiuiſerunt; quæ *Balſamon*

Græcus Interpres,& poſt illum *Ant. Auguſtinus* χεφαλῆα,necnon Paragraphis, quæ themata appellauit, licet congruentiùs thematis vox caſibus legum applicetur teſte Pomponio *in l.2.§.... ff de Orig. Iur.* Paragraphus enim ex *Iſidoro Origin. lib. 1. cap. 20.* eſt nota ſeparans res à rebus in contextu occurrentibus,Thema autem eſt figuratio caſus poſiti Theſi propoſitæ congruens.

In Digeſto Veteri agitur de Principiis Iuris, Officiis Iudicum, Iudiciis, & Contractibus; In Infortiato autem de Vltimis voluntatibus. In Nouo demùm de operis noui nunciatione, poſſeſſione, interdictis, & Iudiciis publicis ſeu criminalibus.

Vetus continet libros 24. cuius titulus 1us. eſt *de Iuſtitia & Iure.* Infortiatum libros 14. incipiens à libri 24. titulo vltimo *Soluto matrimonio &c.* Nouum vero habet libros 12. incipiens à libri 39. titulo 1. *de Operis noui nunciatione.*

SECTIO III.
De Rubricis Codicis.
In genere.

DIffert Iuſtinianæus Codex ab hoc Iuſtiniani Codice, qui κατ' ἐξοχὴν ſeu per eminentiam, ſimplici Codicis appellatione continetur; ſicut libertus differt à libertino ſecūdùm diuerſam nempe relationem de quâ *titulo 5. de libertin. Inſtit. Imperial. libri* 1.

Iuſtinianæus equidem Codex contradiſtinctè à Theodoſiano tam reſcripta Cæſarū quæ Codicem ſimpliciter nominamus, quam Inſti-

tutiones & Pandectas complectitur, ad differentiam Theodoſiani à Theodoſio Iuniore editi, ſolas Cæſarum Conſtitutiones ab Adriano ad Theodoſium continentis.

Codex vero Iuſtiniani contradiſtinctè à Pandectis continet ſolas Cęſarum Conſtitutiones ab Adriano ad Iuſtinianum in libros 12. diuiſas ad differentiam Pandectarum quę ſola Veterum Prudentum reſponſa 50. libris digeſta, complectuntur, & ordinem edicti perpetui à Saluio Iuliano compoſiti temporibus Adriani ſequuntur, de quibus in *præcedenti ſectione*. Contradiſtinctè verò à Codice Iuſtinianæo continet ſolas vt ſupra Cæſarum Conſtitutiones libris 12. diſtinctas, ad differentiam Iuſtinianæi, qui præter Codicis Libros 12. continet Pandectas Inſtitutiones & Nouellas *vt dixi*.

Hic igitur nõ Iuſtinianęus, ſed Iuſtiniani Codex habet libros 12. exẽplo legum 12. tabularũ quæ olim Ius omne continebat. Quorũ Liber,

I^us. Rubricis 58. agit de Sacris, legibus & magiſtratuum officiis, & 1us. titulus (in Edit. Irneriana ſeu Imperiali, & Germanica, quæ Vulgata nuncupatur & ſola legalis ac Authentica eſt vt latiùs infra exponitur) eſt *de Iuſtitia & Iure*.

II^us. Rubricis 59. agit de Edendo, Pactis, Reſtitutionibus in integrum, & aliis Præparatoriis Iudiciorũ & 1us. titulus eſt *de Edendo*.

III^us. Rubricis 44. agit de Iudiciis, Inofficioſo, ſeruitutibus, & Rei vendicatione & 1. titulus eſt *de Iudiciis*.

IV^us. Rubricis 44. agit de Contractibus, Actionibus, Teſtibus, & aliis Probationibus, & 1. titulus eſt *de Rebus creditis*.

Vus. Rubricis 75. agit de Nuptiis & tutelis & 1. titulus eſt *de Sponſalibus.*

VIus. Rubricis 62. agit, de Teſtamētis, Seruis & Libertis, & 1. titulus eſt *de ſeruis fugitiuis.*

VIIus. Rubricis 75. agit de Manumiſſionibus, Præſcriptionibus, Sententiis, & Appellationibus, & 1. titulus eſt *de Vindicta libertate &c.*

VIIIus. Rubricis 59. agit de Pignoribus, Patria poteſtate, Adoptionibus, Stipulationibus & Solutionibus, & 1. titulus eſt *de Interdic.*

IXus. Rubricis 51. agit de Accuſationibus & criminibus, & 1. titulus eſt *de Iis qui accuſare non poſſunt.*

Xus. Rubricis 76. agit de Iure publico provt ſpectat ad Principem, hoc eſt de Iure fiſci, municipibus & muneribus, & 1. titulus eſt *de Iure fiſci.*

XIus. Rubricis agit de Iure publico provt Ius ciuitatum reſpicit, nempe de collegiatis, Agricolis & Cenſibus, & 1. titulus eſt *de Nauiculariis &c.*

XIIus. Rubricis 64. agit de Iure publico prout Iura Magiſtratum reſpicit, nempe de Dignitatibus, Re militari & Officialibus magiſtratuum, & 1. titulus eſt *de Dignitatibus.*

SECTIO IV.

De Rubricis Authenticorum In genere.

Vbi Vera Notitia Nouellarum è tenebris in lucem eruitur.

VOlumen hoc in Irneriano, aut Imperiali Autographo, ſeu Germanica & Vulga-

ta Editione , inſcribitur Liber Nouellarum Authenticorum , Eo quod contineat Nouellas Conſtitutiones , quæ pro Authenticis habentur & authoritatem legalẽ hodiè ſibi vendicant, ad differentiam aliarum Nouellarum in aliis Codicibus inſertarum, quæ Authenticæ non ſunt, & ſolùm authoritatem doctrinalem non legalem obtinent.

Cum enim pro diuerſitate quinque temporum, liber Nouellarum Conſtitutionum quinquies ſub diuersâ formâ editus ſeu de vno ſermone in alium tranſlatus fuerit, partim priuatâ, partim publicâ authoritate , vltimus ſolum Authenticus habitus eſt , quô hodie vtimur in 9. Collationes, quaſi libros diuiſus, Collationes in capita ſeu titulos, tituli in §§os. circa annum 1140. ab Irnerio vel Bulgaro , aut Berguntione Piſano ſeu alio quocumque Gloſſographo, paulo ante Gratiani tempora; Et ab illâ diuiſione liber ille Nouellarum Authenticus , ab aliis ſimpliciter Authenticon, ab aliis liber Authenticorum, tandem vulgatâ Inſcriptione Liber Nouellarum Authenticorum dictus eſt , teſte Alciato *libro 2. Parergon cap. 46. & Ant. Contio in Præfat. ad libr. Nouell. edit. Pariſien. 1559.*

Dicuntur Nouellæ quaſi de nouo editæ , & poſt Iuſtinianæi Codicis repetitæ prælectionis editionem ſuperuẽtæ; Cauerat enim Iuſtinianus ipſe, vt conſtitutiones quæ poſt abſolutum ſuum Codicem ſuperuenirent etiam ad declarationem præcedentium in ſuo Codice inſertarum, Nouellæ appellarentur, & in librum ſeparatum redigerentur , ne variato Iuſtinianæi Codicis ordine, Iuris ordo turbaretur vt dicitur *in Conſt. 3. Proœm. Cod.* § *. his* 4.

Dictæ verò ſunt Collationes, eò quod emanauerint pro declaratione vel abrogatione legum in Codice Iuſtinianæo inſertarum, quaſi ad alias collatæ viderentur.

Quò factum eſt vt Irnerius Bononien. vel Vgolinus, aut alius quivis Iuſtinianæi Codicis Gloſſographus in Editione eiuſdem Germanica, ſeu Imperiali inſeruerit, authoritate Lotharij 2^i. ſub cuiuſque tituli legibus, leges quaſdã è corpore Authenticorũ depromptas, ſignatas hâc voce ***Authentica*** literis maiuſculis immediatè poſt leges Codicis abrogatas, vel innouatas, vt patet in ***Authenticâ ingreſsi C. de Sacroſanctis Eccleſiis*** poſitâ poſt ***legem generaliter Cod. Eod.*** & alibi paſſim.

Et demum Idem Irnerius, obtinuit à Lothario 2. vt ex hoc reſtituto Codice Ius diceretur pro vt latiùs infra *Part 3. §. 6. nu. 21. & 22.*

Iam pro pleniori intelligentiâ prædictorum iuuat remetiri gradum ac reaſſumere primam aliaſque ſucceſſiuè Nouellarum editiones, ſuperiùs ἐν παρόδῳ, ideſt obiter allegatas.

Primò quidem paulo poſt mortem Iuſtiniani, quæ fuit circa annum 566. ætatis 82. Imperij 39. Nouellæ Iuſtiniani, ſeu aliquæ Iuſtini Tiberii vel aliorum Impp. cum paſſim vagarentur & exinde vacillaret illarum fides, fuerunt à Primo Nouellarum Compilatore Anonimo in vnum corpus ſeparatum & formam Authenticam redactæ, græco ſermone ſub quo emanauerant, conſcriptæ; (quippe qui ſermo ob Italiæ bella tunc magis in vſu eſſet) & ſolâ numerorum conſequentiâ ſecundùm ſeriem annorum quâ editæ fuerant, ordinatæ; vt conſtat ex variis Nouellis, quæ

priores allegant numeri diſtinctione ſignatas. Hic igitur Nouellarum liber ſic compilatus, & reſpectiuè collatus ad Nouellas extra illam compilationem vagantes, inſcribi potuit Authentici ſeu Authenticorum nomine, quippequi ab eo tempore plenam authoritatem obtinuerit teſte Iacobo Gothofredo Dioniſij filio.

2. Hic nouellarum liber Nouellas græco ſermone ſolis numeris arithmeticis diſtinctas continens, fuit ab antiquo Gloſſatore eruditiſſimo linguæ græcæ (quod παράδοξον eſt teſte Cuiacio) κατὰ πόδας ideſt de verbo ad verbum è græco ſermone in latinum traductus, qui ideo Authenticus dici potuit, cum eo tempore ſola tranſlatio κατὰ πόδας permiſſa eſſet Iuſtiniani Conſtitutione *in l.2. C. de vet. Iur. Enucl.* ad differentiam libri Nouellarum à Iuliano collecti, ſeu veriùs in compendioſiorem formam non κατὰ πόδας redacti *de quo infra.*

3. Paulo poſt hanc dicti libri Nouellarum latinam κατὰ πόδας verſionem, prodiit in lucem Epitome Nouellarum in breuiorem & elegantiorem formam à Iuliano Anteceſſore Conſtantinopolitano, authoritate priuatâ redactarum, ſub ſimili numerorum ſerie, quâ erat prior liber latinæ κατὰ πόδας verſionis, quæ Epitome cum non eſſet Authentica tamquam à priuatâ perſonâ, nec κατὰ πόδας traducta, vt à priori κατὰ πόδας traducto diſtingueretur, tranſtulit in illum nomen Authenticorum; hæc vero retinuit nomen Libri Nouellarum Iuliani.

4. Perierant bellorum & Gothorum iniuriâ, cum exemplaribus Codicis Iuſtinianæi,

tam 1[us] liber græcus Nouellarum, quam 2[us] latinæ κτ̓ πόδας verſionis, necnon latina Iuliani Epitome: Dum circa annum 1130. Irnerius Lotharij 2. authoritate Iuſtinianæum Codicem reſtituens, Volumen Nouellarum, non ex libro Iuliani, ſed ex libro Latinæ κτ̓ πόδας verſionis tanquam Authentico deprompſit.

Cuius exemplar Irnerianum cum variis lacunis laboraret, Imò multis Nouellis conſtitutionibus deficeret, quæ vel deperditæ fuerant, vel in deſuetudinem abierant, quòd locales vel abrogatæ temporis progreſſu fuiſſent, teſte Ant. Cont. *in præfat. ad libr. nouell. edit. Pariſienſis* 1559. Fuerunt primùm ab Irnerio, vel alio, Imperito tamen linguæ græcæ Gloſſographo temporibus Bulgari, lacunæ illæ repletæ circa annum 1130. retentis ſemper iiſdem ſed inordinatis numeris Nouellarum prioris latinæ verſionis.

Sed cum hic Nouellarum Liber ab Irnerio reſtitutus ob deficientem numerū tam extantium Nouellarum, quam deperditarum vel abrogatarum valde mancus & inordinatus compareret.

5° Fuit non multò poſt à Berguntione ſeu alio Interprete circa an. 1140. paulo ante Gratiani tēpora in nouē collationes diuiſus ſuppreſſis numeris, ac ſpreto ordine Nouellarum prioris Latinæ verſionis, & ex eo Volumen hoc Nouellarum, ſub hac forma editum, Authenticon appellatum, eſt vt ſupra præmonui.

Adeo vt, cum vltima hæc Nouellarum compilatio in Collationes 9. diuiſa, authoritate publicâ tum Imperatorum, tum Vniuerſitatum, prærogatiuā ſibi vendicarit; Cæteræ

Nouellæ Leonis aliorumque Imperatorum, imò ipſæ Iuſtiniani Nouellæ in hac Irnerij editione Germanicâ ſeu Vulgatâ collationibus 9. diſtinctâ non inſertæ, legalem authoritatem non habeant *vt dixi*, ſed ſolum doctrinalem, ad Interpretationem dubiarum conſtitutionum, non derogationem, prout de veteribus Iuriſconſultorum libris cauit Iuſtinianus *Conſtitutione 2. Proœmiali Codicis, in l. 2. §. hunc igitur* verſ. *ſed ſolam C. de Iuſtin. Codic. Confir.* & in ſpecie Nouellarum Leonis obſeruarunt *Forſterus hiſt. Iur. Ciuil. lib. 3 c 1. fol. 158. Baldus in Proœm. feudor. n. 4. Hoſtien. in cap. 1. col. 4. circa finem extra. de ſumma trinitate Io. Franc. Caſtillo dec. 59. n. 7.* & nouiſſimè *Ioannes Cambolaſſius libr. 4. Arreſtor. ſenat. Tholoſan. cap. 29. & libr. 5. cap. 16. fol. 467.* vbi teſtantur illas Leonis aliorũq; nouellas, quæ Iuſtiniani nouellis derogant, nullas vires obtinere, nec hodie ſeruari, Ideoque ex illis eæ ſolùm inſtar interpretis, obtinuere vim in Galliâ, quæ his de rebus ſunt, de quibus antè nihil eſt conſtitutum, vt notat ipſe *Cujacius libr. 27. obſeru.* 31.

Hinc inutili labore deſudarunt Haloander, Cujacius, Contius, Scringerus, Gothofredus aliique in perquirendis Nouellarum numeris ſeu reſtituendis Nouellis quæ deſunt in vulgatâ 9. Collationum editione. Tùm quia illæ, vti non inſertæ in Irnerianâ editione vulgatâ, Authenticæ non ſunt *vt dixi*, Tùm & quia illæ ab ipſis, vt aiunt, reſtitutæ, ſunt ferè omnes locales vel vſu abrogatæ; & demum gratis contendunt illarum numerum ad 168. pertigiſſe, quandoquidem Mathæus Monachus *in Præfat. collect. Conſtitut. Eccleſiaſtic.*

Græcar. ſcripſit Iuſtinianum 170. Nouellas edidiſſe, quarum ultima teſte Iuliano in Epitome incipiebat *Quam iam uideor conſcripſiſſe* & inter illas ſub Numero 168. editas; certum eſt plures non Iuſtiniani, ſed Iuſtini & Tiberii extitiſſe, teſte Gotofredo.

Quare ſibi præcauere debet Nouus Iuſtinianæus, nè exiſtimet traductionem Nouellarum ab Haloandro quamuis puriorem & elegantiorẽ, eſſe authenticã, ſed ſolùm illam uti doctrinalem conſideret, prout & alias Nouellas tum Leonis, tum Iuſtini, tum ipſius Iuſtiniani, aliorumque in Gothofredico, Contiano, Scringeriano, aliiſque Codicibus, vt aiunt, reſtitutas, licèt ex CodiceBaſilico depromptas, vel authoritate Cujacii munitas. Cum (*vt ſæpius dixi*) habeant ſolùm authoritatem doctrinalem non legalem; Quia non eſt in poteſtate Librariorũ, nec Cujacij aliorumue Interpretũ, Authenticam Nouellarum in 9. Collationes diuiſionem, & ordinationem, authoritate Imperiali ac Vnanimi omnium Vniuerſitatum vſu ſtabilitam peruertere, ac Nouellam è corpore Iuris ab Authore diuiſionis nouem Collationum reiectam reſtituere, ſeu illarum ordinem interuertere. *vt latius infra in fine. Sect.* 2ª. & in §. 4. *in princ. ac ſect.* 4. *&* 5.

Ne quid tamen deeſſet ad operis integritatem, ſelegi inſigniores & certas quinque editiones, quas inuicem contuli, & ad ſeriem Rubricarum in margine notaui diverſas illarum lectiones, ne hæſitaret Nouus Alumnus, ſi ſub diversâ verborum formâ titulus, aut textus in corpore Iuris expendendus offerretur; & ſimul euitetur error Ruſſardi qui affectatâ diuerſitate lectionũ ex incertis, MSS.

ſolâ ſcholarium diligentiâ conquiſitis, editiones omnes incertas reddiderat, præfixo etiam ſuo Codici falsò Duareni nomine, vt præmonuit Ant. Contius *in Præfat. ad Pandect. editionis Lugdunen. anni* 1618. *ad melioris Iudicij Lectores ſcriptâ* de quo etiam *infra Sect.* 5. *&* §. 4. *in princ.*

SECTIO V.

De Rubricis Feudorum in genere.

COllationem X^ā^ *ex Baldo* faciũt libri duo Feudorum, ſic inſcripti, quod nihil aliud contineāt, quam conſuetudines ſeu Vſus Feudorum, quibus in Feudalibus cauſis Ligures ſeu Longobardi vtebantur circa annum Chriſti 775. Rauennæ dominium ab anno 751. potiti, Quas poſtea Obertus de Orto, & Gerardus de Nigro ambo conſules Mediolanēſes Imperante Friderico 1. circa annum 1160. in hoc Volumen redegere, & poſtea circa annum 1312. Vgolinus ſeu antiquus alius gloſſator libro Nouellarum Authenticorum attexuit, & Collationem decimam nominauit, indeque publico Vnierſitatũ omnium ac Principum aſſenſu paulatim Legalem authoritatem acquiſiuit.

Feudum Iure ciuili beneficium, dicitur quaſi fide datum, quòd à Vaſſalo ſeu feudatario, latinè fideli detur à Principe ſub juramento fidelitatis, quod vulgò *homagium* & à Cujacio *hominium* nuncupatur, vnde Feudatarius edicto heribanno vulgo *Riereban* tenetur in militiam ire, vel vicarium mittere

vt enarrat *Cujac. tractat. de Feudis lib. 1. in Princip.*

Diuiditur hoc Volumen in duos libros, libri in titulos, tituli in §os.

Primus liber continet titulos 28. & 2us titulos 58. cum conſtitutione vnicâ Federici 2i *de ſtatutis & conſuetud. contra libertat. Eccleſ. &c.* quæ vicem tituli 59. libri 2i ſubire poteſt, cum in eâ finiat totum Volumen Legale Feudorum in Editione Germanica, quæ ſola Legalis eſt *vt dixi ſupra Sect.* 4.

Et quamuis hoc volumen ſi eius Authorem conſideremus, Legalem authoritatem non habeat, vtpote qui legis condendæ facultate careret, Ex conſuetudine tamen generali quæ vim legis habet, aſſecutus eſt eandem authoritatem, quam cætera Iuris ciuilis volumina, ex eo quod inſertum ſit ab Vgolino Gloſſatore antiquo Corpori Iuris poſt nonã Authenticorum collationem & à Baldo. xa Collatio nuncupetur · *vt notant Hoſtien. & Forſter. loc. citat* & latius de Authoritate libri Feudorum tradit *Ioan. Andreas in cap* 12. *ext. de Feud.*

Cæterum aliæ Conſtitutiones vel tituli, quos editio Contiana vel Gothofredica tanquam reſtitutos à Cuiacio ſubiecit, interuersâ etiam Serie Conſtitutionum Friderici 2i, adiectæ ſunt immediatè poſt titulum 58. libri 2i. Feudorum; Legalem authoritatem non habent, cum non ſit in poteſtate Cuiacij, Gothofredi vel alterius quam habentis Imperium immutare ordinem Corporis Iuris, illi addere vel detrahere vt de Nouellis Leonis aliiſque dictum eſt ſupra §. 1. *ſect.* 4. & infra dicetur *in Serie Rubricarum ſub* §. 4. *in princ. ac in ſect.* 4. & 5.

SECTIO VI.

De Rubricis Extrauagantium Iuris Cæſarei Conſtitutionum In genere.

COllationem XIam. Bartolus *in Proœmio Gloſſæ hîc* vocauit has Conſtitutiones Imperiales ad materiam feudorum aliqualiter pertinentes ab Henrico 7°. editas circa annum 1312. quas Vgolinus Gloſſator antiquus ſeu alius, circa id temporis, poſt libros Feudorum inſeruit, teſtibus Gothofredo & Cuiacio.

Dictæ ſunt ab aliquibus Extrauagantes Iuris Cæſarei Conſtitutiones, ad differentiam Extrauagantium Iuris Canonici, quòd illarum inſtar vagentur extra Corpus Authenticorum, ſeu Nouellarum in vnum corpus antea redactarum.

Illas vim legis habere non eſt dubium tanquam emanantes ab habentibus authoritatem Legis condendæ & Corpori Iuris annexas.

Continet hoc Volumen ſolùm tres conſtitutiones, quarum Ia eſt *de Crimine læſæ maieſtatis* ab Henrico 7. edita 1312. IIa *de Rebellibus* ab Eodem, & IIIa. eſt *de Pace Conſtantiæ*, inter Fridericum 1ū Ænobarbum & Henricum 6ū eius filiū initâ anno 1183. Duas priores *Bartolus*, & 32. *Baldus* gloſſis exornarunt.

§. II.

De Rubricis Iuris Canonici In genere.

SECTIO I.

De Rubricis Inſtitutionum Iuris Pontificij.

SIcut Inſtitutiones Iuris Canonici à Lãcelloto editæ, non ſunt authenticæ, ita nec earumdem Rubricæ. Quia tamen doctrinalem authoritatem ſibi vendicãt, & ad intelligentiam Noui Iuſtinianæi neceſſariæ ſunt, vt latiùs tradidi *infra* §. 5. ac optandum eſſet, vt Apoſtolico diplomate legalem obtinerent. Ideo illas hîc præponi congruum æſtimaui; quæ ad imitationem Imperialium Inſtitutionum compoſitæ (vt latiùs infra *Part.* 3. §. 7. *ſect.* 1.) quatuor libris diuiduntur.

In 1°. agitur de Perſonis. Rubricis 30.
In 2°. libro de Rebus. Rubricis 28.
In 3°. lib. De Iudiciis Ciuilibus. Rubric. 18.
In 4°. lib. De Iudiciis Criminalib. Rubr. 15.

SECTIO II.

De Rubricis Decreti Gratiani In genere.

AB hac Sacrorum Canonum collectione *Decretum* nuncupatâ, nuncupati ſunt Canoniſtæ, Decretorum Doctores, quippe qui ſolerent Decreto Gratiani ſtudere.

Digitized by Google

Decretum verò dictum eſt per Antonomaſiam (ſeu per excellentiam) Volumen hoc, vti continens decreta Conciliorum, SS. Patrum & Summorum Pontificum ad deciſionem negotiorum Ecleſiaſticorum, operâ Gratiani circa annum 1151. quæ Gratiani Collectio cæteris præualuit in Vniuerſitatum ſtudiis publicis circa annum 1193. Ante enim hanc Gratiani compilationem, præceſſerat compilatio Iſidori, item alia Yuonis Carnotenſis, Fulgentij Chartaginien. & Burchardi Vuormacienſis vt notat *Ioan. Turrecremata ſuper Decreto in Proæm. num. 25.* & latiùs de hac collectione eiuſque Authore Gratiano *infr. Part. 3. §. 7. ſect. 3.*

Diuiſum eſt Corpus Decreti in tres partes 1ª. continet 101 diſtinctiones. In Primis 20. diſtinctionibus agitur de Iuris origine & Conſtitutionibus Eccleſiaſticis; In reliquis de Promotionibus ad ordines & dignitates & de officiis Clericorum vt latiùs infra *ſub* §. 3. *ſect. 7.* & in ſerie rubricarum *ſub* §. 5. *ſect. 2.*

II. Pars cōtinet 36. cauſas, ſeu cōtrouerſias Eccleſiaſticas, quarũ quælibet in varias quæſtiones diuiditur; Obſeruando quod quæſtio 3ª. cauſæ 33. ob prolixitatem in 7. diſtinctiones de Pænitentiâ tractantes ſubdiuiditur.

1ª. Agit *de Simonia* quæſtionibus quinque; 2ª. *de Appellationibus* quæſtionibus octo, 3ª. *de Reſtitutione ſpoliatorũ* quæſtionibus nouem, & ſic de aliis; quarum materia latè exponitur *infra* tam Verſibus *ſub* §. 3. *ſect. 7.* quam Enarratione, in Serie Rubricarum *ſub* §. 5. *ſect. 2.*

III. Pars eſt *de Conſecratione* in 5. diſtinctiones diuisâ: Cuius materia de ſe patet ex

Inſcriptione, quæ eſt *de Conſecratione*, & in conſequentiam agitur de Sacramentis, Feſtiuitatibus, Diuinis Officiis, ac Spiritu ſancto, quas materias latiùs habes expreſſas Verſibus *ſub* §. 3. *ſect.* 7. & in ſerie Rubricarum *ſub* §. 5. *ſect.* 2.

Cæterùm licet textus Decreti à Gratiano collecti authoritatem habeat legalem ſaltem ex generali conſuetudine, quæ Volumen illud approbauit, dum publicé prælegitur in Vniuerſitatibus totius orbis & Approbatio Gregorij 13. ſubſecuta eſt *de quâ infra*. Rubricæ tamen ab ipſo Gratiano vel Paleâ eius diſcipulo ſeu additionatore inſertæ (de quo Palea Io. andr. in addit. ad Specul. tit. de diſputat. & alleg. in fin. & Iaſ. in rubric. de Action.) aliam non habuere authoritatem quam doctrinalem, vt notat *Azo. in Rubr. Cod. ne fideiuſſores dotium dentur*, Ideo fuit à multis reprobata hæc methodus Gratiani, qui confusè vel permixtim propoſitis diſcordantibus canonibus vel apparenter pugnantibus in fine conciliare nititur, vt obſeruat *Franciſcus Florentius Antec. Aurelianen. in Proœm. ad lib. 1. Decretal.* Præter quòd multi fuere canones à Gratiano collecti ex incertis & ſuppoſitiis ſcriptis, quod occaſionem dedit Ant. Auguſtino Illerdenſi ſeu Tarraconenſi Epiſcopo, edendi duos libros de Emendatione Gratiani.

Sed Poſtquam cum editione Lugdunenſi annorũ 1613. & 1614. ad exemplar Romanum, prodiit in lucem Publica d. Voluminis expurgati approbatio litteris Aplicis Gregorij XIII. Summi Pontificis ſub dat. annor. 1580. 1. Iulij. & 1582. 2. Iunij, dubitari ampliùs non poteſt hodie de eius legali authoritate

non ſolùm quoad Dicta SS. Patrum & Conciliorum, ſed & quoad ab ipſo Gratiano ibidem inſerta ac per Delegatos Aplicos emendata, vt ibidem ſubiicitur, provt de aliis libris Decretalium dicetur infra *ſect.* 3. 4. *&* 5.

Vnde maiori Iuſtinianæorum vtilitati conſulens Materias Diſtinctionum & Quæſtionum eâ arte redegi in titulos, vt Summarij ſimul & Rubricæ vice fungerentur, provt infra *ſub* §. 5. *ſect.* 2.

SECTIO III.

De Rubricis Decretalium Gregorianæ Compilationis In genere.

DEcretalis Epiſtola nihil aliud eſt quam reſcriptum Summi Pontificis ad conſultationem partis vel Epiſcopi facta de aliquo negotio Eccleſiaſtico. Vnde dicta eſt decretalium collectio, ea quam Diuus Reimondus à Pennaforti Barcinonen. Decretorum Doctor authoritate Gregorij IX. compilauit circa annum 1246. quæ ideo legalem authoritatem habere non dubitatur.

Diuiditur in quinque libros, libri in titulos, tituli in capita; capita in §§os. Circa quæ prænotandum eſt initia ferè ſingulorum capitum ſenſum completum non habentium, eſſe initialia verba epiſtolarum regiſtri Gregoriani, vel 1æ. Collectionis decretalium à Bernardo Papienſi factæ, vnde ſuam Reymundus mutuauit; quæ ideo reliquit in gratiam ſtudioſorum, qui iam ſuper 1a. compilatione

Bernardi, audiuerant, quam compilationem quia Idem Gratianus vocauerat Breuiarium Extrauagantium Conſtitutionum Apoſtolicarum, quaſi vagantium extra compilationem Gratiani, Exinde modus allegandi Decretales effluxit per capitula ſub expreſſione tituli, præuiâ dictione *extra* hoc eſt extra corpus Decreti, de quo ſupra. *Part.* I. §. 4. *ſect.* 2.

In 1°. libro agitur de Fide, Conſtitutionibus, Reſcriptis, Electionibus, Ordinationibus Prælatorum & Officiis, Pactis, & Tranſactionibus quod 43 titulis abſoluitur, quorum 1us. eſt ***De Summa Trinitate.***

In 2°. libro agitur de Iudiciis, Probationibus, Exceptionibus, Sententia, Appellationibus, Clericis peregrinantibus & Confirmatione vtili; & habet hic liber titulos 30. quorum 1us. eſt ***de Iudiciis.***

In 3°. libro agitur de Clericis & Iuribus Eccleſiaſticis, de Celebratione Miſſarum & Baptiſmo, & habet hic Liber titulos 50. quorum 1us. eſt ***De Vita & honeſtate Clericorum.***

In 4°. libro agitur de Sponſalibus & matrimoniis, & continentur tituli 21. quorum 1us. eſt ***de Sponſalibus.***

In 5°. demum libro agitur de Accuſationibus & Criminibus Eccleſiaſticis, ac de verborum ſignificatione & Regulis Iuris, & habet titulos 41. quorum 1us. eſt de ***Accuſationibus.*** Provt in Serie rubricarum *ſub* §. 5. *ſect.* 3.

SECTIO IV.

De Rubricis Sexti Libri Decretalium Bonifacianæ Collectionis In genere.

NE perfectum Gregorianæ compilationis opus turbaretur ,ex ſuperuentis Conſtitutionibus tam Bonifacij Octaui, quam aliorum Pontificum poſt Gregorium nonum editis, Collectionem hanc Bonifacius VIII^us^. inſcripſit ſextum librum decretalium, quaſi additum ad libros quinque Gregorianæ compilationis,& euulgauit anno 1248.

Hic liber Sextus , ad inſtar Gregorianæ Compilationis diuiſus eſt in libros quinque & continet Decretales ad eoſdem titulos Decretalium Gregorij noni redactas. I^us^ liber continet 22 titulos. II^us^ liber titulos 15. III^us^ liber titulos 24. IV^us^ liber titulos 3. V^us^ liber titulos 13. provt in Serie Rubricarum *ſub §.5. ſect. 4. & Part. 3. §. 7. ſect. 5.*

SECTIO V.

De Rubricis VII. Libri Decretalium, ſeu Clementinæ Compilationis In genere.

VEriùs hic Liber appellatur *Septimus* ex ordine tempo ris, quàm Priuatus ille Liber à Petro Mathæi priuato Iure editus de quò infra *ſub* §. 5. *ſect.* 5. Vt ſibi præcaueat ab æquiuoco Philonomus.

Clementinas igitur e nomine Authoris harum Conſtitutionũ quæ in hoc libro 7°. Decretalium continentur (nempe Clementis V. qui Auenione ſedit an. 1309.) inſcripſit Ioannes 22 ſucceſſor illius, ſub eadem diuiſione in libros quinque & eodem ordine diſtinctas, adinſtar Gregorianæ compilationis, quas euulgauit anno 1317.

Primus Liber continet titulos 11. Secundus 22. Tertius 17. Quartus 1. & Quintus 11. provt in Serie Rubricarum *ſub* §. 5. *ſect.* 5. & *Part.* 3. §. 7. *ſect.* 5.

SECTIO VI.

De Rubricis VIII. Libri Decretalium ſeu Extrauagantium Iuris Pontificij Conſtitutionum In genere.

EXtrauagantes dictæ ſunt Conſtitutiones, quæ poſt Clementinam collectionem ſuperuenere, & in vnum volumen redactæ fuere.

Hic Extrauagantium Liber in duas partes diuiditur. 1ª continet 20. extrauagantes conſtitutiones Ioannis 22. titulis 14. ſolâ numerorum continuatione diſtinctis, ordinatas; vt infra *ſub* §.5. *ſect*.6. & *Part*.3. §.7. *ſect*. 5.

2ª. verò pars continet 75 Extrauagantes communes ſeu à variis ſummis Pontificibus editas tam à Ioann. 22. Bonifacio 8. Benedicto X. quam ab aliis ſub ſimili ſerie titulorum decretaliũ ordinatas vt infra §.5. *ſect*.6.

Cæterùm ex quò hæ Conſtitutiones Extrauagantes in publicum & authenticum Iuris Canonici Corpus hodie redactæ ſunt, ſolo extrauagantium nomine retento, reipsâ tales eſſe deſierunt, & ſolæ Conſtitutiones Pontificiæ ſub plumbo expeditæ, quæ in Bullario, vt vocant, vel alibi, circunferuntur, extrauagantium nomen ſibi poſſunt vendicare, Reiecta illarum priuatâ compilatione proprio marte confictâ à Petro Mathæi Lugdunenſi de quâ *infra* §.5 *ſect*. 5. necnon aliâ Auguſtini

Barboſæ collectione alphabeticè ordinata, vt animaduerſum eſt *infra* P. 3. §. 7. *ſect.* 7. *nu.* 9. Quæ autem ſit illarum authoritas in Gallia dicetur infra *Part.* 3. §. 7. *ſect.* 6. *&* 7.

Sed quibus annis, & authoritate cuius Imperatoris, vel Pontificis editæ vel euulgatæ fuerint Inſtitutiones, Pandectæ, Codex, Liber Authenticorum, Liber Feudorum, Extrauagantes Ciuiles, Decretum Gratiani, Decretales Gregorianæ; Sextus Bonifacianus, Septimus Clementinus, & Extrauagantes Canonicæ, exactiùs aperiet tibi Hiſtorica Iuris vtriuſque Oeconomia, ſeu Notitia Chronologica Iuris Ciuilis & Canonici, quæ partem III. Prodromi noſtri Iuſtiniani conficit; ad quam, Philonomum altiora Iuriſprudentiæ penetralia ſubire cogitantem, euoco.

§us IIIus

Anacephalæoſis Rubricarum Iuris utriuſque Verſibus *expreſſarum.*

PRÆMONITIO.

ADeo viſa eſt ab Interpretibus neceſſaria Philonomis Rubricarum Scientia, vt quò faciliùs illas mandarent memoriæ, in Verſus redegerint, quos hic ſubiicio, Editioni quidem Codicis Auenici præfixos, ſed à me in luculentiorem ac breuiorem conſonantiam reformatos, quippe qui 26. hexametris exhibeant 99 titulos Inſtitutionum, pro quibus Vulgata editio 28 hexametros habebat, & Pandectarum 433 titulos, 50 ſolùm hexametris, pro quibus Vulgata Editio 167 verſus præferebat. Pariter libros 12. Codicis verſibus decem exprimit, pro quibus Vulgata Editio verſus 12. exponebat. Imo pro Rubricis Authenticorum verſus deficiebant, qui hic ad operis integritatem adjecti ſingulis vocabulis, ſingulas ordinatâ collationum ſerie Authenticas, repræſentant.

Cum hac tamen præmonitione, quod pro illorum Verſuum intelligentiâ debet Philonomus verba conferre, cum titulis editionis Germanicæ ſeu vulgatæ à ſuperpoſito numero indicatis & infra *ſub* §. 4. *Sect.* 1. deſcriptis. Quò faciliùs illos animo retineat, & promptos habeat ad vſum indicandi Locum Legalem oblatæ materiæ, quâ in re ſæpè Leguleі hærent non ſine notâ pudoris.

SECTIO I.

Verſus Inſtitutionum Imperialium.

IMperiales Inſtitutiones habent Libros IV. & Rubricas ſeu titulos 99 (vltra Proœmialem Conſtitutionem Incipien. *Imperatoriam Maieſtatem*) hexametris 26. expreſſos, vt ſequitur.

Inſtitut. Libri I. Rubricæ 26.

1. 2. 3.
1 *Iuſtitia*, *Ius Naturæ*, *Perſonaque ſubſunt*,
4. 5. 6.
2 Ingenui, Libertini, *minimè Manumiſſi*,
7. 8. 9.
3 *Fuſia lex*, *Iuris alieni*, *Patria virtus*.
10. 11. 12. 13. 14.
4 Nubet, *Adoptabit*, *Soluet*, *Tutela*, *dabitque*
15. 16. 17. 18.
5 *Agnatos*; *Capitis*, *Patronos*, *atque Parentes*.
19. 20. 21.
6 *Eſt fidus Tutor*, *eſt Attilianus & Autor*,
22. 23. 24. 25 26.
7 *Finit*, *Curat*, *Satdans*, *Excuſatque*, *Remotus*.

Inſtit. Libri II. Rubricæ 25.

1. 2. 3. 4. 5.
8 *Res*, *Corpus ſit*, *Seruiet*, *Vſusfructus*, *& Vſus*.
6. 7. 8.
9 *Eſt Vſucapiens*, *eſt Donans*, *eſt Alienans*
9. 10. 11. 12.
10 *Quæro*, *Teſtari*, *Miles*, *Permittere non vult*.

Exheres

Digitized by Google

13. 14. 15. 16.
11 *Exhæres, aut Hæres, Vulgariſque, Pupillus*
17. 18. 19. 20.
12 *Infirmat, vel Inofficit, Hæres Qualia, Legat.*
21. 22. 23. 24. 25.
13 *Hinc Adimit, Falcat, Committit, Singula, Codex.*

Inſtitut. Libri 3. Rubricæ 30.

1. 2. 3. 4.
14 *Inteſtatus, & Agnatis, &, Tertil. & Offic.*
5. 6. 7. 8.
15 *Cognatis, Gradibus, Seruus, Libertus inhærent*
9. 10. 11.
16 *Signo Libertos, Poſſeſſio & Arrogo quærens,*
12. 13.
17 *Poſt Addicta bona, hæc Succeſſio dupla receſſit.*
14. 15. 16. 17. 18.
18 *Obligo, Re, Verbiſq; Duos, ſtipulatio ſerui,*
19. 20. 21.
19 *Diuidit, eſt & Inutilis, atque fidejubet omni.*
22. 23. 24. 25. 26.
20 *Littera, Conſenſus. Emit, & Locat, & Sociabit.*
27. 28. 29. 30.
21 *Et poſt Mandatũ, quaſi Contraho, Querito, Tollo.*

Inſtit. Libri 4. Rubricæ 18.

1. 2. 3. 4.
22 *Delictum, Rapit, Aquiliis, Injuria Subſit,*
5. 6. 7. 8. 9.
23 *Et quaſi delinquẽs, Ago, vel Gero, Noxia, Pauper.*
10. 11. 12. 13. 14.
24 *Per quos, Satdabo, Perpet; & Excipiens Replicabo*
15. 16. 17.
25 *Interdicta dabo; cum Pœnis, Officiiſque.*
18.
26 *Publica Iudicia accipies in fine locata.*

SECTIO II.

Verſus Rubricarum Digeſti Veteris.

PAndectæ ſeu Digeſtũ continet libros 50. & Rubricas ſeu Titulos 433 quinquaginta haxametris expreſſos, Inculcatâ ſemper præmonitione de quâ *ſupra* §. 3. *in princ.* verſic. *Cum hac tamen*, Digeſtum Vetus habet libros 24. Rubricas 155. & Incipit à libri 1. Titulo 1. *de Iuſtitia & Iure*; Finitur verò in libri 24. Titulo 2. *de Diuortiis*; Rejecto Titulo 3. qui eſt *Soluto Matrimonio* in librum ſequentem, à quo Incipit Volumen Infortiati.

Exprimitur autem hoc Digeſti Veteris Volumen in Vulgatâ ſeu Germanicâ Irnerij Editione Verſibus 65. quos majoris facilitatis causâ in Verſus 22. Breuiori ac terſiori ſtylo reduxi, gratiâ Iuſtinianæorum, vt ſequitur.

Pars 1. Pandectar. Lib.	Tit.	ff. vet b.	
			1. 3. 5. 8. 9.
1.	22.	1	Prima *docet Ius, quid Lex, Status, Reſq;* *Senator.*
			1. 4. 13. 14. 15.
2.	15.	2	Altera *Ius dicit, Vocat, Edit, Pactaque, Finit.*
			1. 4. 5. 6.
3.	6.	3	Tertia *Poſtulat, Vniuerſa negotia, Caluit.*
			1. 3. 5. 8. 9.
4.	9.	4	*Reſtituitque Dolus* quarta, *minuitque Receptus.*
			1. 3. 6.
5.	6.	5	*Iudiciis* Quarta, *Hæredi dat petitionem.*
			1. 3. 1. 5. 7. 8. 9.
6.	3.	6	Sexta *Vindicat, Vſumfructũ* Septima, *& Vſũ.*

7 1. 3. 6. 1. 2. 4. | 7. 9.

8 *Seruiet* Octaua, *Quadrupes, & Aquilia* Nona. | 8. 6.

9 1. 2. 4. | 9. 4.

10 *In* Decima *fines, Herciſcant, Exhibeantque.* | 10. 4.

1. 3. 5. 8.

11 Vndecima *rogat, & Corrumpunt, Alea, Funus.* | 11. 4.

1. 2. 4. 7.

12 *Credita Res, Iurat, Condicit pars* Duodena. | 12. 8.

1. 5. 7. 6. 7. | Pars III.

13 Terdecima *eſt furtiua, ſtat, actiocōmoda, Pignus* | 13. 7.

1. 2. 5. 6.

14 *Exerce, Rhodiam* Biſſeptima, *Quodque, Macedo.* | 14. 7.

1. 2. 3. 4.

15 *In* Decimaquinta, *Peculia, Verſaque, Iuſſu.* | 15. 6.

1. 2. 3.

16 *Velleium* Decimaſexta, *Penſatque, reponit.* | 16. 4.

1. 2.

17 Septima *poſt* Decimam *Mandatū, Pro Socio dat.* | 17. 3.

1. 7. 7. 7.

18 *Vendit* Biſnona, *Experta ſeruū, vt manumittas.* | 18. 2.

1. 5. 2.

19 *In* Decimanona *eſt Empti Actio, Iuſque Locati.* | 19. 7.

1. & 2. 3. 6.

20 *Pignus Hypothecam* Vigeſima, *Datque, Reſoluit.* | 20. 5.

1. 2. | Pars IV.

21 *Ædili Edicto, Euincit* Vigeſimaprima. | 21. 6.

1. & 2. 3. & 4. 6.

22 *Vſuras, Probat, Ignoratque* Vicenaſecunda. | 22. 3.

1. 2. 3. & 4. 5.

23 *Sponſis, dat Ritum, Dotemq;* Penultima, *Fundū.* | 23. 6.

1. 2. 3.

24 Vltima *Coniugibus Donās, Diuortia, Soluit.* | 24. 5.

SECTIO III.

Verſus Rubricarum Digeſti Infortiati.

DIgeſtum Infortiatum habet libros 14. & Rubricas 105. Incipit vero à libri 24. titulo vltimo *Soluto matrimonio* & terminatur in libri 38 titulo vltimo *ad SC. Tertullianum*; Exprimit autem hoc Infortiati Volumen Editio Germanica verſibus .... quos in 11. reduxi vt ſequitur.

Pandect. Pars V. Lib.	titul.	ff. Inf lib.	
			1. 4. & 5. 7.
25.	7.	1	Prima *dat Impenſas, & Ventrem Concubitumq;*
			1. & 10. 1. & 3.
26.	13.	2.	Altera *Tutelas, Rationes* Tertia *Reddit*;
27.	10.	3	1. 5. 6. 8.
28.	8.	4	*Teſtor, & Inſtituo, Vulgum, Delibero* Quarta
			1. 2. 3. 7.
39.	7.	5	*Miles, Acquirens, Aperit* Quinta, *Codicillos*.
30.	1.	6	1.2.3.
31.	1.	7	Terna ſequens *terno tractat Legata Libello*.
32.	1.	8	1. 2. 4.
33.	10.	9	*Annua, & Vſum, Dotem legat*, Nona *Penumq;*
			1. 5. 6. 7.
34.	9.	10	*In* Biſquinta *Adimit, Dubias res, Pœna, Catonis*.
			1. 2. & 3.
35.	3.	11	*Conditio* Vndecima, *& reſecat Lex falce relicta*.
			1. 2. 3. & 4.
36.	4.	12	*Trebelius, Cedit, Caueat* Biſſextaque, *Seruet*;
Pars. VI.			1. 6.
37.	15.	13	Tertia *poſt* Decimam *eſt Poſſeſsio, Collatioque*,
			1. 17.
38.	17	14	Vltima *proſequitur Patroni, Inſque, Suorum*.

SECTIO IV.

Verſus Rubric. Digeſti Noui.

DIgeſtum Nouum habet libros 12. Rubricas 173. Incipit vero à libri 37 Pandectarum titulo *de Operi Noui Nunciatione*, & finit in libri 50. vltimo titulo *de Regulis Iuris.* Exprimit autem hoc Digeſti noui Volumen Editio Germanica Verſibus 55. quos in 12. reduxi vt ſequitur.

ff. nō. lib.		Pandect. Lib.	Tit.
	1. 2. 4. 5. 6.		
1	Prima *Nouũ Damnũ*, *Publicanꝰ Donat*, & *Orcus.*	39.	6.
	1. 6.		
Rubric. 19. *agit de educatione pupilli, actione tutelæ, rebus alteri præſtandis, magiſtratibus conueniendis, curatoribus & iureiurando in litem.* 1us *tit. eſt* de excuſatione iuſtâ tutorum & curatorum; *Vltimus* quando tutores vel curatores eſſe deſinant.

LIBER XXXIX.

Rubric. 2. *agit* 1. de Querelâ teſtamenti. 2. de Iniuſto rupto & irrito teſtamento.

LIBER XL.

Rubric. 9. *agit de Bonorum-poſſeſſionibus & Iure accreſcendi.* 1us *tit. eſt* de Bonorum-poſſeſſione propriè ſumptâ. *Vltimus* de Bonorum-poſſeſſione & petitione hæreditatis.

LIBER XLI.

Rubricis 7. *agit de trebelliano, inofficioſis donationibus, iuramento.* 1us *tit. eſt* de Falcidiâ. *Vltimus* de Collatione bonorum.

LIBER XLII.

Rubricis 4. *agit de petitione hæreditatis, familiæ herciſcundæ.* 1us *tit. eſt* de Petitione hæreditatis. *Vltimus* de Interrogationibus, & reſponſionibus in Iure faciendis.

LIBER XLIII.

Rubricis 7. *agit de Verborum obligationibus.* 1us *tit. eſt* de Stipulationibus. *Vltimus* de mulctis ſeu pœnis tã ex ſtipulatione, quã condẽnatione Iudicũ.

LIBER XLIV.

Rubricis 41. *agit de legatis particularibus, dote relegata, ademptione, & rebus dubiis*, 1us *tit. eſt* de Legatis 1. *Vltimus* de Satiſdatione quæ ab hærede legatariis præſtatur, & de reſtitutione.

LIBER XLV.

Rubricis 6. *agit de gradibus cognatorum, bonis maternis, vnde vir & vxor.* 1us *tit. eſt* de Succeſſione abinteſtato. *Vltimus* de Armeniis, vt & ipſi per omnia leges Romanorum ſequantur.

LIBER XLVI.

Rubricis 3. *agit de Status commutatione, & rerum diuiſione.* 1us *tit. eſt* de Statu hominum & diuiſione perſonarum. *Vltimus* de Rerum diuiſione & earum qualitate.

LIBER XLVII.

Rubricis 3. *agit de donationibus* 1us *tit. eſt* de Donationibus inter viuos. *Vltimus* de Mortis causâ donationibus.

LIBER XLVIII.

Rubricis 26. *agit de libertis, ingenuis, colluſione, ordine cognitionum, & preſcriptione longi temporis.* 1us *tit. eſt* de Manumiſſionibus. *Vltimus* Ne liberti de cætero opus habeant iure aureorum annulorum &c.

LIBER XLIX.

Rubricis 6. *agit de obſequiis ex operis & ſucceſſione & adſignatione liberi.* 1us *tit. eſt* de Patronis & liberis *Vltimus* Non licere libertis facultates ſuas in fraudem patronorum minuere.

LIBER L.

Rubricis 16. *agit de variis modis acquirendi dominia rerum.* 1us *tit. eſt* de Dominio variis modis per longam poſſeſſionem acquirendo &c. *Vltimus* de acquirendo per alluuionem dominio.

Digitized by Google

LIBER LI.

Rubricis 6. agit de exceptionibus iudicati, doli & metus 1us *tit. eſt* de Exceptionibus & replicationibus *Vltimus* de Rebus quarum actio non datur, vt eſt exceptio Iuriſiurandi & inutilium ſtipulationum & de Viduis.

LIBER LII.

Rubricis 3. (*è quibus deeſt* 2a.) *agit* 1. de omnis generis obligationibus ex contractu & delicto natis &c *Vltimo* de Petitione rerum ex cõdemnatione ſine pronunciatione ſententiarum Iudiciali ſeu de indebitis ſolutis &c.

LIBER LIII.

Rubricis 17. (*quarum* 7a. *ad* 16am. *incluſiuè deſunt*) *agit de naufragio, iactu, naui legata, piſcatoribus & Iure maris.* 1us *tit. eſt* de Nauticis obligationib. *Vltimus* de Emptione & vẽditione vini.

LIBER LIV.

Rubricis 38. *agit de Muneribus & honoribus, ſpectaculis, immunitate, tabulariis, legationibus, ambitioſis decretis, publicis ædificiis, proxenetis, annonis, & validis mendicantibus.* 1us. *tit. eſt* de Decurionibus & eorum priuilegiis & muneribus, deque magiſtratibus & incolis. *Vltimus* de expenſis ludorum publicorum.

LIBER LV.

Rubricis 14. *agit de Prælatione in rebus venditis, agris limitaneis, paſcuis & muris.* 1us *tit. eſt* de Agricolis tam adſcriptitiis quam incolis & colonis &c. *Vltimus* de Hortulanis.

LIBER LVI.

Rubricis 18. *agit de fiſco & priuilegiis, inſpectoribus cenſitoribus, commerciis, ponderatoribus, delatoribus, & deſcriptoribus horreariis.* 1us *tit. eſt* de Vectigali publico & collatoribus & publicanis. *Vltimus* de Adiectione, eſt autem adiectio, tranſlatio

poſſeſſionis ſterilis ad cohæredes vel ſub eodem titulo tributũ pendentes, & habentes communia prædia, & eiuſdem cenſus onera ſuſtinentes.

LIBER LVII.

Rubricis 57. agit de re militari, annonis, armis & metatis. 1us *tit. eſt* de Militibus & eorum priuilegiis & peculiis. &c. deque delictis &c. & de ipſorum reſtitutione &c. *Vltimus* de Curſu publico & iis qui equis publicis vtuntur.

LIBER LVIII.

Rubricis 24. agit de priuatis ædificiis, operibus publicis, interdictis flumine, aquæductu, fonte & incendiariis. 1us *tit. eſt* de Seruitutibus. *Vltimus* de His quibus precariò poſſidere permittitur.

LIBER LIX.

Rubricis 4. agit de mortuo inferendo, & exequiis. 1us *tit. eſt* de monumentis & ſumptu funeris *Vltimus* de Sumptu qui fit in exequiis &c.

LIBER LX.

Rubricis 69. agit de Iudiciis ciuilibus & criminalibus, quæ tum ex delictis priuatis tum publicis oriuntur, vt pauperie, aquiliâ, ſeruo corrupto, fugitiuo, aleatore, condictione furtiuâ, furto contra cauponas, arboribus cæſis, rapinâ, incendio, expilatâ hæreditate ſtellionatu, collegiis populari actione, & publicis iudiciis. 1us *tit. eſt* de Pecuniariis pœnis & calumniis &c. *Vltimus* de reliquiis punitorum. *cui titulo Fabrotus annectit tit.* 45. de Prædæ partitione. *ex Eclogæ MS. Regio, tit.* 48. *depromptum.*

§us.VIus.

SERIES RVBRICARVM Iuris Canonici iuxta Romanum exemplar.

PROOEMIVM.

QVAMVIS Partes Iuris Canonici, quæ legalem authoritatem obtinent, quinque ſolùm numerentur *in Proœm. 2æ Partis pag.* 28. Nempe 1. Decretum Gratiani 2. Decretales Gregorij. 3 Sextus Bonifacij. 4 Septimus Clementinarum. 5 Octauus Extrauagantium, & ſic abſque Inſtitutionibus, quibus aditus detur ad Scientiam Canonicam in ipſo limine ſalebroſam, ob inordinatum Gratiani decretum, vel titulis, deſtitutum qui ſubiectam materiam indicent; Quò fit vt exinde paſſim à Iuſtinianæis, & Nomocanonum ſtudioſis negligatur.

Attamen in ratione docendi, ſemper Inſtitutiones Canonicas velut elementa neceſſaria præmiſere Interpretes, ante Gratiani Decretum, & Decretales Pontificum; cum animorum, vt & corporum, infantia detur in aditu ſcientiarum. §. *his igitur Inſtit. de Iuſt. & Iur.* Non ſecus ac de ſubeunte limen Ciuilis Iuriſprudentiæ ſtatuit Iuſtinianus *in* § *igitur Proœm. Inſtitut.* & in *l.* 2. §. 11. verſ. *in primis legum veſtibulis C. de vet. Iur. enucl.* Cum quâ hæc ſcientia Canonica quâdam ſocietate coniungitur, de quâ *Infra P.* 3. §. 7. *ſect.* 1. Ideò ne quid operis huius integritati deeſſet, præpoſui Rubricas Inſtitutionum Iuris Ca-

nonici à Io. Paulo *Lancellato* Anteceſſore Peruſino, ad imitationem Inſtitutionum Ciuilium elegantiſſimè conſcriptas; Quas ſanè, pro communi ſtudentium vtilitate, optandum foret, vt authoritate Pontificiâ Publici Iuris fierent, *prout indicatum eſt ſupra pag.* 38. Necnon annexui Rubricas Decreti Gratiani iuxta Seriem Diſtinctionum ac Quæſtionum Archetypi Romani hactenus ineditas, & à me in formam titulorum eâ arte redactas, vt licet legalem authoritatem non habeant tanquam priuato Iure confectæ; Summarij tamen vel Indicis cuiuſdam vice fungantur, quæ Philonomo ad Eccleſiaſticas dignitates aſpiranti ſtãti m indicent ſedem materiæ canonicæ, ad quam in quæſtionibus Eccleſiaſticis expeditiſſimè recurrere valeat. Authori igitur gratias refer (ô Philonome) qui tibi tam facilem, ad canonum Theſauros, viam aperuit.

SECTIO I.

Rubricæ Inſtitutionum Iuris Canonici.

LAncellotus Anteceſſor Peruſinus formam Inſtitutionum Ciuilium, quantum
Inſtit. potuit imitatus *arg. cap.* 1. *extr. de No. oper*
Canonic. *nunc.* & latiùs *infr. P.* 3. §. 7. *ſect.* 1. omnia Iuris
Lib. tit.
1. 30. Canonici Principia in libros 4. velut elementa
2. 28. reſoluit, quorum.
Ius. de Perſonis, Incip. à tit. 1. *de Iure canonico:*
3. 18. IIus. de Rebus, à tit. *de Rerum diuiſione.*
4. 15. IIIus. de Iudiciis Ciuilibus, à tit. *de Iudiciis.*
91. IVus. de Iudiciis Criminalibus. Incipit à tit. de Accuſationibus.

SERIES.

Ex Peruſinâ Lancelloti editione.

LIBER I.

Rubricis 30. agit. de Principiis Iuris, Perſonis Eccleſiaſticis eorumque Officiis.

tit.

1 De Iure Canonico.

2 De Iure Diuino, Conſuetudine & Conſtitutionibus.

3 De Eccleſiaſticis Conſtitutionibus.

4 De Iure perſonarum.

5 De Epiſcopis & Summo Pontifice.

6 De Electione.

7 Qui eligere eligique poſſunt.

8 De Poſtulatione.

9 De Confirmatione.

10 De Conſecratione.

11 De Receptione & auctoritate pallii.

12 De Vita & honeſtate prælatorum.

13 De Officio Archidiaconi.

14 De Officio Archipreſbiteri.

15 De Officio Vicarii.

16 De Coadiutore.

17 De Corepiſcoporum vſu ſublato.

18 De Tranſlatione.

19 De Renuntiatione.

20 De Depoſitione ſeu degradatione.

21 De Sacerdotibus in inferiore gradu cōſtitut.

22 De Iis qui ſunt in ſacris conſtituti.

23 De Iis qui ſunt in minoribus ordinibus conſtituti.

24 Communia tam maiorum quam minorum ordinum.

25 Qui promoueri non poſſunt.

Digitized by Google

26 De Præbendis & aliis beneficiis.
27 De Collationibus.
28 De Inſtitutionibus & Iure patronatus.
29 De Clericis non reſidentibus.
30 De Regularibus ac monachis.

LIBER II.

Rubricis 28. agit de Rebus eccleſiaſticis & Sacramentis.

tit.
1 De Rerum diuiſione.
2 De Sacramentis.
3 De Baptiſmo & eius effectu.
4 De Sacramento chriſmatis.
5 De Pænitentiis & Remiſſionibus.
6 De Euchariſtiâ.
7 De Extremâ vnctione.
8 De Sacramento ordinis.
9 De Sacramento matrimonii.
10 De Sponſalibus.
11 De Nuptiis.
12 Quæ matrimonium impedire poſſunt.
13 De Triplici cognatione.
14 De Clandeſtinâ deſponſatione.
15 Qui matrimonium accuſare poſſunt vel contra illud teſtificari.
16 De Diuortiis.
17 De Rebus Sacris, ſanctis, & religioſis.
18 De Conſtruendis, conſecrandis, & reparandis eccleſiis, & altaribus.
19 De Vnionibus eccleſiarum.
20 De Immunitate eccleſiarum & ſubiectione.
21 De Cenſibus exactionibus, & procurationibus.
22 De Capellis monachorum.
23 De Religioſis domibus.
24 De Sepulturis.
25 De Canonica portione.

6 De Decimis.
7 De Rebus Eccleſiæ alienandis vel non.
8 De Peculio clericorum, relictis & ſucceſſionibus eorum.

LIBER III.

Rubricis 18. agit de Iudiciis Ciuilibus.

1 De Iudiciis & illorum diuiſione.
2 De Procuratoribus.
3 De Pactis & tranſactionibus.
4 De Arbitris.
5 De In ius vocando.
6 De Dolo & contumacia & in poſſeſſionem miſſione.
7 De Libelli conceptione, & oblatione.
8 De Exceptionibus & replicationibus.
9 De Mutuis petitionibus.
De Reſtitutione ſpoliatorum.
1 De Litis conteſtatione.
2 De Iuramento calumniæ.
3 Vt Lite pendente.
4 De Probationibus.
5 De Sententiis & re iudicata.
6 De Executione rei iudicatæ.
7 De Appellationibus.
8 De Reſtitutione in integrum.

LIBER IV.

Rubricis 15. agit De Iudiciis Criminalibus.

1 De Accuſationibus, denuntiationibus & inquiſitionibus.
2 De Duplici purgatione.
3 De Simonia.
4 De Hæreticis, Schiſmaticis & apoſtatis.
5 De Sortilegis, maledicis & ſacrilegis.
6 De Furtis.
7 De Vſuris.
8 De Adulteriis & aliis cõiunctionibus illicitis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

9 De Crimine falſi.
10 De Homicidio.
11 De Iniuriis & damno dato.
12 De Eccleſiaſticis cenſuris.
13 De Sententia excommunicationis.
14 De Eccleſiaſtico interdicto.
15 De Suſpenſione.

SECTIO II.

Rubricæ Decreti Gratiani.

HIc liber Decreti continet tres partes, & inſcribitur titulo ſequenti.

"Decretum aureum D. Gratiani, in quo eſt "diſcordantium Canonum concordantia, ac "Primùm de Iure Diuinæ & Humanæ con-"ſtitutionis.

Decreti Part.	Tit.
1.	101.
2.	178.
3.	5.
	284.

Iª. Pars *de Diſtinctionibus* agit Diſtinctionibus 101. de Principiis Iuris & Promotionibus clericorum.

IIª. Pars *de Cauſis* reſoluit quæſtionibus 179. cauſas eccleſiaſticas 36. incluſo *poſt qu.* 3. *cauſæ* 33. tractatu de Pœnitentiâ diſtinctionibus 7. abſoluto.

Quæ cauſarum in quæſtiones diuiſio non eſt Gratiani, ſed Paleæ, ſeu alterius Anonymi poſt annum 1480. Extat enim in Biblioth. D. Cancellarij editio Veneta Decreti ann. 1480. ſeu 20. annis poſt vſitatam primùm, in Europâ, typices artem, in quâ cauſæ 36. in canones diſtribuuntur, abſque vllâ diuiſione in quæſtiones.

Vnde Author illius diuiſionis, ſecutus ordinem quæſtionum à Gratiano in initio cuiuſq; cauſæ propoſitum, canones aſſignauit quæſtionibus, pro illorum & quæſtionum materiæ

connexitate,

connexitate, tranpoſitis vel omiſſis aliquando Paleæ canonibus, & aliis in duos ſectis vt patet in *ca. admonemus. ca. præcipimus ca. nullus & ca. non qui Deo* à Paleâ ſub *qu.* 2. *cauſ.* 16ª inter *ca. viſis* & inter *ca. ſanè* ſeu *ca. ſtatuendũ* collocatis. qui in d. editione Venetâ & aliis recentioribus collocati ſunt ante *ca. ſtatuendum*. At in aliis editionibus collocati ſunt poſt d. *ca. ſtatuendum* & in *qu.* 3ªᵐ. tranſlati, vel penitus omiſſi. Rurſum in d. editione Venetâ 1480. *ca. tales* ſub eàdem *cauſâ* 16. eſt pars *ca. præcedentis* incipien. *ſtatuendũ*; At in recentioribus edit. à *d. ca. tales* inchoatur qu. 5ª. *inter* 2ªᵐ. *&* 3ªᵐ. interpoſita, ordine quidem, reſpectu numerorum, præpoſtero, ſed non reſpectu materiæ, *vt infra notatur in Serie cauſæ* 16ᵃᵉ. *pag.* 217.

IIIª. Pars *de conſecratione* Diſtinctionibus 5. tractatum de conſecratione concludit.

Et ſic computatis diſtinctionibus ac quæſtionibus, vice titulorum, continet hoc Gratiani Decretum Rubricas 284. Quas in gratiam cupidæ ſacrorum canonum Iuuentutis in formam titulorum Primus eô fine redegi, vt illarum omiſſioni à Gratiano factæ ſupplerem, ſimulque inordinatam materiarum Seriem vnico intuitu diſtinctam velut in ſpeculo contractam Philonomis exhiberem *vt dixi ſupra pag.* 41. *&* 200.

DECRETI Iª. PARS.
De Diſtinctionibus.

Rubricis 20. prioribus ſeu Diſtinctionibus quaſi titulis agit de Principiis Iuris tùm Ciuilis tùm Canonici, In Reliquis verò de Promotis ad dignitates & ordines, eorumque Officiis.

Diſt. tit.

1 De Iure Diuino & Humano, ac variis ius ſcriptum inter & non ſcriptum, differentiis.
2 De Iure Romano, eiuſque ſpeciebus.
3 De Variis Iuris Canonici nominibus.
4 De Legum fine & Canonum intentione.
5 De Iuris naturalis immutabilitate.
6 De Nocturnis illuſionibus peccato imputatis, ac de Iuris naturalis dignitate.
7 De Origine Iuris, & eius Authoribus.
8 De Iuris naturalis & Conſuetudinis differentiâ.
9 Vt Ius Conſtitutum cedat naturali.
10 Vt Ius Canonicum vincat conſtitutum.
11 Vt Lex vincat conſuetudinem.
12 Vt Conſuetudo canonibus & bonis moribus non auerſa ſeruetur.
13 De Diſpenſatione contra Ius naturale vetitâ, & ad vitandum maius malum permiſsâ.
14 Vt minus peccatum committere non liceat, ad euitandum maius.
15 De Editione Sacrorum Canonum & quatuor priorum Conciliorum, & de Opuſculis SS. Patrum recipiendis vel non.
16 De Canonibus Apoſtolorum recipiendis vel non, & temporibus Generaliũ Conciliorũ.
17 De Conciliis Generalibus ſine Papę authoritate non celebrandis.
18 De Prouincialibus Conciliis illorumque

Digitized by Google

authoritate.

19 De Mandatis eccleſiaſticis deuotè ſeruandis.

20 Vt in cauſis definiendis Sacri canones,& in expoſitione ſacræ ſcripturæ doctrina Patrum præferatur.

21 De Diuerſis ordinibus & gradibus miniſtrorum,& ne maior à minori iudicetur.

22 De Dignitate Romanæ Eccleſiæ & aliarum.

23 De Ordinatione Romani Pontificis & aliorum miniſtrorum.

24 De Examine ordinandorum.

25 De Officio Epiſcopi & Clericorum. Et 1. de 1o. præcepto ex 13. regulæ Apoſtolicæ, vt Epiſcopus ſit ſine crimine.

26 De Secundo præcepto,vt ſit vnius vxoris vir.

27 De Recuſantibus vouere continentiam, non promouendis, & voti ſimplicis ac ſolemnis differentiâ.

28 Ne Clericis vxores habere liceat.

29 De Canonicis decretis ex causâ, tempore, loco,& perſonâ intelligendis.

30 De Approbato contra Manichæos Clericorum matrimonio.

31 De Continentiâ Clericorum occidentalium.

32 De Vitando Preſbitero concubinario.

33 De Bigamis, corpore vitiatis, luſoribus, & concubinariis non ordinandis.

34 Ne Prælati domeſticas perſonas etiam conſanguineas, in nimiam familiaritatem admittant,& de venatore Epiſcopo.

35 De Tertio præcepto Apoſtoli, ne ordinandus ſit vinolentus.

36 Vt Clerici ſacrarum literarũ peritiam habeãt.

37 Ne Clerici ad libros Gentilium reſpiciant, peritiam tamen ſcientiarum ſæcularium habeant.

Digitized by Google

38 Ne literas & canones ſacerdoti ignorare liceat.
39 Vt Oporteat Epiſcopum in negotiis ſæcularibus eſſe prudentem.
40 De Quinto præcepto Apoſtoli, vt oporteat Epiſcopum interius, hoc eſt virtutibus, eſſe ornatum.
41 De Ornatu exteriori Epiſcopi.
42 De Hoſpitali clerico.
43 De Pudico & doctore clerico.
44 De Non vinolento.
45 De Non percuſſore.
46 De Non litigioſo.
47 De Non cupido, vel domus ſuæ curam malè gerente.
48 De Non Neophito.
49 Ne Criminoſi & vitioſi ad Epiſcopatum promoueantur.
50 De Lapſu & reparatione clericorum.
51 De Curialibus & ratiocinio obligatis ordinandis vel non.
52 De Clerico per ſaltum promoto.
53 De Curialibus in clerum, vel Monaſterium admittendis vel non.
54 De Seruis ante manumiſſionem non ordinandis.
55 De Corpore vitiatis, bigamis, illiteratis, publicè pænitentibus ordinandis vel non.
56 De Filiis Preſbyterorum, & ex illicito coitu natis non ordinandis.
57 De Baptiſatis in ægritudine ordinandis vel non.
58 De Monachis ſine abbatis licentiâ non ordinandis.
59 De Laicis literatis ſubitò non ordinandis.

60 Ex quonam Clericorum ordine Præpoſitus, Decanus, Archipreſbyter, vel Epiſcopus ſit eligendus.
61 Vt Laici in Epiſcopos non eligantur, ſed poſtulentur.
62 De Iure eligendi, ad Clericos, conſenſu autem, ad populum pertinente.
63 Ne laici Epiſcoporum electionibus ſe immiſceant.
64 De Conſecratione Epiſcopi.
65 Vt conſentientibus Epiſcopis comprouincialibus, Epiſcopus ab Archiepiſcopo conſecretur.
66 Ne Archiepiſcopi conſecratio à paucioribus quam tribus comprouincialibus fiat.
67 De Promotione Preſbyterorum.
68 De Ordinatione clericorum iterandâ vel non, & Chorepiſcopis.
69 Ne minimè ordinati in eccleſiâ Dei miniſtrent.
70 De Clericis ſine titulo non ordinandis.
71 Ne quis à non ſuo Epiſcopo ordinetur.
72 De Clerico ſine literis dimiſſoriis non ordinando.
73 Formula literarum dimiſſorialiũ ad ordines.
74 An & quando inuitis ordines conferantur.
75 De Temporibus ordinationum.
76 De Ieiuniis quatuor temporum.
77 De Gradibus ordinationum & interſtitiis temporum.
78 De Ætate ordinandorum.
79 De Summi Pontificis electione à ſolis Cardinalibus faciendâ.
80 De Aſſignandâ ſede Epiſcopis & Archiepiſc.
81 De Vitâ & honeſtate ordinandorum.
82 Vt Epiſcopus, his qui ſuo labore viuere non valent, de ſuo prouideat.

83 Vt Prælatus nedum à propriis peccatis abſtineat, ſed & alienis ne conſentiat.

84 De Vigilantiâ Prælatorum erga pauperes, & curam monaſteriorum.

85 De Hoſpitalitate Clericorum.

86 Vt oporteat Epiſcopum eſſe doctorem, & liberalem in pauperes, non in hiſtriones.

87 Vt Viduis, orphanis, & oppreſſis Epiſcopus ſuccurrat.

88 De Negotiatione clericis vetitâ.

89 Vt Epiſcopus ſciat domum regere & prudenter res ecleſiæ adminiſtrare.

90 De Litigioſo non ordinando, & de licitis operibus.

91 De Modo canendi in eccleſiâ, & ſi fructus beneficij non ſufficiant, vt Clerico liceat artificio licito neceſſitati ſuccurrere.

92 Vt magis corde, quam voce cantetur.

93 De Maioritate & obedientiâ, & quod nullus cum inimicis Romanæ Eccleſiæ communicet.

94 Ne vllum Romani Pontificis legato, impedimentum præſtetur.

95 Vt Preſbiter etiam præſente Epiſcopo ſacra myſteria facere & prædicare poſſit.

96 Nulli laico etiam Imperatori licere de rebus eccleſiæ diſponere, vel iudicare.

97 Vt Eccleſiæ roganti Principes auxilium præſtare debeant.

98 Ne Peregrini vel Vltramarini, ſine quinque Epiſcoporum teſtimonio ordinentur.

99 De Primatibus, & ne quis eorum Vniuerſalis appelletur.

100 De Pallio & eius vſu.

101 De Vnâ diœcêſi in duas non diuidendâ.

Digitized by Google

DECRETI II^a. PARS.
De Cauſis Eccleſiaſticis.

Rubricis ſeu quæſtionibus 179. (quarum materiam indicant 36. verba verſibus 7. expreſſa pag. 63.) reſoluit cauſas 36. in foro eccleſiaſtico controuerſas.

CAVSA I.

qu. tit. *Rubricis 7. agit de crimine ſimoniæ.*

1 De Prohibitâ ſpiritualium rerum venditione.
2 Ne pro eccleſiæ aut monaſterij ingreſſu, pecunia ſoluatur aut exigatur.
3 De Simoniacâ præbendæ emptione.
4 De Simoniâ per patrem, filio ignorante, commiſſa.
5 An Filio retinere liceat, quod pro eo pater Simoniacè acquiſiuit.
6 De Simoniacis ignoranter ordinatis tolerandis.
7 An renuncians hæreſi ad Epiſcopatum ſit promouendus.

CAVSA II.

Rubricis 8. agit de Accuſationibus & appellationibus.

1 De Ordine Iuris in notoriis non ſeruando.
2 De Spoliato ante omnia reſtituendo.
3 De Accuſatore pœnæ talionis obnoxio.
4 De Purgatione canonicâ, reo publicè diffamato, indicendâ.
5 An & quando duorum teſtimonio Epiſcopus damnetur.
6 De Appellatione friuolâ reiiciendâ.
7 Ne inferior exiſtentem in maiori ordine accuſet.
8 Qualiter accuſatio fieri debeat.

1	7
2	8
3	11
4	6
5	6
6	5
7	2
8	5
9	3
10	3
11	3
12	5
13	2
14	6
15	8
16	7
17	4
18	2
19	3
20	4
21	5
22	5
23	8
24	3
25	2
26	7
27	2
28	3
29	2
30	5
31	3
32	8
33	11
34	2
35	10
36	2

Digitized by Google

CAVSA III.

Rubricis 11. agit de ſpoliatorum reſtitutione, tempore induciarum, à quibus Epiſcopus accuſetur, & iudicetur.

1 Ex quibus cauſis Spoliatus, non ſit reſtituendus.
2 De Induciis in iudicio concedendis.
3 De Temporibus induciarum.
4 De Infamibus, niſi contra ſibi ſimiles, à teſtimonio repellendis.
5 De Domeſticis vel inimicis, à teſtimonio repellendis.
6 De Reo, extra prouinciam, in Ius non trahendo.
7 Vt criminoſus ab eccleſiâ toleratus, Iudex eſſe valeat.
8 Ne Epiſcopus, niſi ab Epiſcopis duodecim, iudicetur.
9 Vt in criminali causâ, non niſi actore & reo præſentibus, ſententia proferatur.
10 Vt accuſator, in vno capitulo deficiens, repellatur ab aliis.
11 De Reaccuſatione.

CAVSA IV.

Rubricis 6. agit de Perſonâ Accuſatoris & teſtium.

1 De Excommunicato ab accuſatione repellendo.
2 Ne minor annis 20. in criminali causâ teſtis admittatur.
3 Vt accuſare prohibitus teſtificari non valeat.
4 Ne idem ſimul accuſator & teſtis eſſe valeat.
5 Vt in ius vocatus non veniens, niſi probatâ abſentiæ causâ, excommunicetur.
6 Vt calumniator in propriâ causâ, ſi criminalis non ſit, audiatur.

CAVSA V.

Rubricis 6. agit de Pœnis famoſi libelli & Calumnioſæ accuſationis.

1 De Pœnâ libelli famoſi.
2 Vt binâ citatione vocetur, antequam quis excommunicetur.
3 Ne quis cauſam criminalem per procuratorem agat.
4 Ne abſque ſynodali audientiâ damnetur Epiſcopus.
5 Ne accuſans ex charitate, inimicus habeatur.
6 Vt obiecta non probans, talione plectatur.

CAVSA VI.

Rubricis 5. agit de infamibus ab accuſatione repellendis & formâ iudicij contra Epiſcopum inſtituendi

1 Ne criminoſi vel infames, Religioſum Epiſcopum de ſimonia accuſent.
2 Vt ſimplici dicto Epiſcopi, accuſationem in accuſantem conuertentis, ſtari non debeat.
3 Vt liceat in cauſâ damnationis, iudicium petere ab Epiſcopis alterius Prouinciæ.
4 Vt comprouincialibus Epiſcopis diſſentientibus, Primas vel Epiſcopus alterius Prouinciæ aduocetur.
5 Accuſatore deficiente, non eſſe probationem à reo diffamato exigendam: ſed canonicam purgationem.

CAVSA VII.

Rubricis 2. agit de Tranſlatione; Ceßione & Coadiutoriâ Epiſcopatus.

1 Vt viuo Epiſcopo, non poſſit alius in eâdem Eccleſiâ ordinari, niſi tranſlatione aut ceſſione, vel coadiutore infirmitatis cauſâ dato.

2 Vt his qui ex cauſâ infirmitatis ſedem ceſſerunt, ſanitate receptâ, ad ſedem regreſſus non detur.

CAVSA VIII.

Qu tit. *Rubricis 5. agit de Electione Epiſcopatus.*

1 De Prohibitâ, Epiſcopis, ſucceſſoris electione.

2 Ne in electione, valeant amicorum patrocinia.

3 Vt Iuramenti præſtatio pro Eccleſiæ indemnitate, pacto præcedente, ſimoniaca habeatur.

84 Ne clericis liceat, Epiſcopi de crimine accuſati, non tamen damnati, iudicium declinare.

5 Ne ad ſedem Apoſtolicam vocatus, ſine litteris Apoſtolicis ad ſuam reuertatur.

CAVSA IX.

Rubricis 3. agit de Iurisdictione Epiſcopi, in clericos alterius diœceſis non extendendâ.

1 Vt ordinatus, ignoranter ab excommunicato, admittatur.

2 Ne liceat clericos alterius diœceſeos ſine proprij Epiſcopi literis ordinare.

3 Ne liceat Archiepiſcopo, de clericis ſui ſuffraganei, cognoſcere, niſi in caſum negligentiæ aut appellationis.

CAVSA X.

Qu tit. *Rubricis 3. agit de Iuribus Epiſcopi in rebus ſuæ Eccleſiæ, & Cathedratici exactione.*

1 Vt Eccleſiæ ac dotis eiuſdem diſpoſitio, ad Epiſcopum pertineat.

2 De Rebus Eccleſiæ alienandis vel non.

3 De Cathedratico, à ſingulis Eccleſiis, exigendo

CAVSA XI.

Rubricis 3. agit de foro clericorum competenti.

1 De Clerico ad ciuilem iudicem non trahendo

2 De Pœnâ trahentis Clericum ad ſæculare iudicium.
3 Vt Clericus, Epiſcopi ſententiæ non parens, deponatur.

CAVSA XII.

Rubricis 5. diſtinguit peculium clericorum à peculio Eccleſiæ.

1 An & quando Clericis licuerit proprium habere.
2 In quibus cauſis Clerici, res Eccleſiæ dare poſſint.
3 De Rebus intuitu Eccleſiæ acquiſitis, alteri quam Eccleſiæ, non relinquendis.
4 Quibuſnam poſſint Clerici, res partim é ſuis partim Eccleſię rebus prouētas relinquere.
5 Vt liceat Clericis, de propriis; non de rebus Eccleſiæ, teſtari.

CAVSA XIII.

Qu tit.

Rubricis 2. àgit de Decimis.

1 De Decimis, ratione perſonæ & territorij ſoluendis.
2 De Iure Decimarum, tam actiuè quam paſſiuè, præſcribendo.

CAVSA XIV.

Rubricis 6. agit de Vſuris & Vſurariis.

1 Vt liceat Clericis, in iudicio, ſua repetere.
2 De Teſtibus in cauſæ ſuæ Eccleſiæ recipiendis.
3 Quod, præter ſortem aliquid recipere, ſit vſura.
4 Ne liceat, Clericis aut laicis, vſuras accipere.
5 De Eleemoſinâ ex vſuris non faciendâ.
6 De Vſurariis, habentibus vnde reſtituant, ad pœnitentiam non recipiendis.

CAVSA XV.

Rubricis 8. agit de delictis à mente-capto commiſſis, & de mulieris à clerico cognita confeſſione.

1 Ne delictum, ignoranti vel mentecapto, imputetur, niſi culpa illorũ præceſſerit.

2 Ne Clerico liceat, pro patrociniis, munera exigere.

3 Ne Clericus, ex confeſſione mulieris cum quâ deliquit, damnetur.

4 Ne Epiſcopus, die Dominicâ cauſas audiat

5 De Purgatione canonica reo diffamiato indicendâ.

6 De Confeſſione in criminalibus non extorquendâ.

7 Ne ſolus Epiſcopus Diaconum aut Preſbiterum deponat.

8 Ne confeſſus aut conuictus, de culpis ante ordinationem commiſſis, miniſtrare valeat.

CAVSA XVI.

Rubricis 7. agit de monachorum Iure in eorum Eccleſiis.

	lugdũ. ed.	vulgat ed.	
a Incip. ca. quod monachi. 1.	1	1	Vt liceat monachis officium in Eccleſiâ, de Abbatis & Epiſcopi licentia, celebrare. *a*
b Incip. ca. de capellis 69.	2	2	Vt ad monachos, in capellis pleno iure poſſeſſis, ſacerdotis inſtitutio; in Parrochialibus vero ad Epiſcopos, pertineat *b* & Ne capellam &c. *Rom.*
	*		
c Incip. ca. tales. 77.	5	2	* Ne capellam, in alienâ diœcêſi conſtructam Epiſcopus aut Abbas, vendicet Iure territorij. *c*
d Incip. ca. quod autem praſcriptione. 81.	3	3	De Præſcriptione Eccleſiæ, aduersùs Eccleſiam. *d*

De Mona-

4 4 De Monaſterij præſcriptione, aduerſus Eccleſiam. *e*. *e Inc. ca. oſtenſum, 99.*

6 5 Vt qui rem Eccleſiæ ab alio detentam, propriâ vendicat authoritate, cadat à Iure. *f* & Ne delictum &c. *Lugd.* *f Inc. ca. quod autèm ca. 103*

6 6 Ne delictum Epiſcopi, in damnum Eccleſiæ, conuertatur. *g*. *g Inc. ca. placuit. 112.*

7 7 Ne liceat Eccleſiam, niſi patronata ſit, de manu laici recipere. *h Inc. ca. quod autem Eccleſias. 55.*

Obſeruatio.

ad Quæſt. 5am. cauſæ 16.

Hæc cauſa 16 componitur canonibus 155. in quæſtiones 7. diſtributis, circa quarum Seriem Editio vulgata conuenit cù Lugdunen. annor. 1513 1555. 1573. 1623. & 1661. & cum Pariſien. 1561. 1601. 1612. & cum Taurinen. 1620. *in qu.* 1. 3. 4 7.

Differunt verò *in qu.* 2. 5. 6. Nam *vulgata* coniungit tit. *Vt ad monachos &c.* cum tit. *Ne capellam &c.* pro qu. 2. Diſtinguit verò tit. *Vt qui rem &c.* à tit. *Ne delictum &c.* pro qu. 5. & 6.

At è contra *Lugd.* & aliæ diſtingunt tit. *Vt ad monachos &c.* à tit. *Ne capellam &c.* pro qu. 2a. nec non pro 5a ordine præpoſtero *inter 2am & 3am* interiecta. Coniungit verò tit. *Vt qui rem &c.* cum tit. *Ne delictum &c.* pro qu. 6a.

Quæ Series Lugdũen in allegando 7 & 5 4. canones *ſub qu. 5a.* inter 2am & 3am. collocatos, hodie vſu præualuit, Eò quod illam, Gratianus initio cauſæ 16. *ordine 5am qu.* propoſuerit, Vnde tùm ob materiæ connexitatem cum canonibus 2æ *qu.* tum ob illius conuenientiam cum his 4. canonibus *ante qu. 3am.* interpoſitis. Autor diuiſionis cauſarum in quæſtiones, maluit præpoſterare numerum; quam ſeriem canonum interuertere vt indicaui *ſupra* P. 2. §. 6. *pag.* 205.

CAVSA XVII.

Q. tit. *Rubricis 4. agit de Votis non diſſoluendis*

1 Ne Votum in mente retentum reſpectu Eccleſiæ ſit obligatorium.

2 De Renunciatis beneficiis, mente capto reſtituendis.

3 Ne profeſſo liceat, ad propria redire,

4 De Propriis, à deſertore monaſterij non vendicandis.

Digitized by Google

CAVSA XVIII.

Rubricis 2. agit de Abbatis electione.

Quæſt.

1 Vt Abbas factus Epiſcopus, Eccleſiæ non monaſterio acquirat.

2 De Abbatis electione à monachis faciendâ

CAVSA XIX.

Rubricis 4. agit de Clericorum regularium, in monaſteria, tranſlatione.

1 Vt Epiſcopo recuſante, liceat clericis ad monaſteria tranſire.

2 Ne canonicis regularibus liceat, ſine prælati licétiâ, ad monaſteria monachorũ, tranſire

CAVSA XX.

Rubricis 4. agit de Ingreſſu filiorum in monaſteria.

1 Ne filii à parentibus religioni traditi, profiteri cogantur.

2 Vt nouitiis, infra annum & diem, à Monaſterio liceat recedere.

3 De Reſcindendâ profeſſione per vim & metum emiſsâ.

4 De Tranſlatione profeſſi ab vno in aliud Monaſterium.

CAVSA XXI.

Rubricis 5. agit de miniſterio Clericorum Eccleſiæ debito, & veſtibus eorum.

1 Ne liceat Clerico duabus Eccleſiis inſcribi.

2 De Tranſlatione clerici à ſuâ in aliam Eccleſiam.

3 Ne Clerico liceat Sæcularium negotiorum procurationem, niſi causâ pietatis, ſuſcipere.

4 De Veſtibus Clericorum.

5 De Clericis, ad ſæculare iudicium, confugientibus.

CAVSA XXII.

qu. tit.

Rurbicis 5. agit de Periurio.

1 De Iureiurando cauſâ neceſſitatis præſtando.

2 De Eo, qui credens verum, falſum iurauit.

3 Non licere Clericis conſuetam obedientiam Epiſcopo, ante condemnationem, denegare.

4 De Iuramento illicito non ſeruando.

5 De Periurio per compellentem peierare incurſo.

CAVSA XXIII.

Rubricis 8. agit de bello iuſto & violentâ rerum ablatione.

1 De Militiâ in bello iuſto permiſsá.

2 De Bello iuſto, à Principe repetendæ rei ſuæ, vel iniuriæ propulſandæ cauſâ, indicto.

3 De Iniuriâ ſociorum armis propulſandâ.

4 De Vindictâ, ab eo cuius intereſt, in ferēdâ.

5 Iudices & miniſtros, ab homicidio reorum, iuſtitiæ cauſâ excuſari.

6 De Malis, ad bonum, cogendis.

7 Vt hæretici, ſuis & Eccleſiæ ſuæ bonis, ſpolientur.

8 Ne liceat Clericis manu propriâ, niſi cauſâ neceſſitatis, arma mouere.

CAVSA XXIV.

Rubricis 3. agit de excommunicatione & Interdicto.

1 Neminem ab hæretico excommunicari poſſe.

2 De Hæretico etiam poſt mortem excommunicando.

3 Ne pro peccato Domini, poſſit eius familia excommunicari, ſed interdicto ſupponi.

Digitized by Google

Qu. tit.

CAVSA XXV.

Rubricis 2. agit de Priuilegiis.

1 Vt authoritate priuilegij, valeat quis aduerſus Ius commune, ſe tueri.

2 Priora priuilegia poſterioribus ex certâ ſcientiâ conceſſis, abrogari.

CAVSA XXVI.

Rubricis 7. agit de ſortilegis.

1 Vt, qui ſub ficto religionis nomine futura promittunt, ſortilegi habeantur.

2 De Crimine ſortilegii.

3 De Origine ſuperſtitioſæ diuinationis.

4 De Quatuor ſpeciebus ſortilegorum.

5 De Sortilegis excommunicandis.

6 Ne liceat Preſbytero, excommunicatum ab Epiſcopo, niſi in neceſſitatis articulo, reconciliare.

7 De Pœnitentiâ morientibus non imponendâ, ſed reſipiſcentibus notificandâ.

CAVSA XXVII.

Rubricis 2. agit de voto impediente, matrimonium.

1 De Voto ſimplici, non dirimente matrimonium.

2 De Matrimonio, per verba de præſenti, non diſſoluendo.

CAVSA XXVIII.

Rubricis 3. agit de Matrimonio Infidelium & Bigamorum.

1 De Coniugio infidelium.

2 Vt, ad fidem conuerſo, & ab infideli ſeparato, aliam ducere liceat.

3 Vt bigamus ſit, qui vnam ante, & poſt baptiſmum aliam, vxorem duxit.

Digitized by Google

Qu tit.

CAVSA XXIX.

Rubricis 2. agit de Impedimento erroris circa ſtatum perſonæ.

1 De Matrimonio, inter ſeruum & ingenuam, ſcienter contracto.

2 De Matrimonio, inter ſeruum & ingenuam, per errorem contracto.

CAVSA XXX.

Rubricis 5. agit de Impedimento Affinitatis ſpiritualis & Clandeſtinitatis.

1 Vt liceat Viro reddere debitum vxori, quæ filium morientem baptiſauit.

2 De Deſponſatione impuberum.

3 De Prohibito, ſpiritualium filiorum vel adoptiuorum cum naturalibus matrimonio.

4 Vt liceat commatrem vxoris ſuæ in vxorem ducere, ſi commaternitas matrimonium præceſſerit.

5 An & quomodo Clandeſtina deſponſatio matrimonio præiudicet.

CAVSA XXXI.

Rubricis 3. agit de impedimento adulterii ante matrimonium cum ſponsâ commiſſi.

1 De Eo qui duxit, quam polluit per adulteriũ.

2 Ne filia inuita nuptui tradatur.

3 Vt filia, poſt patris ſponſionem vni factam, alteri nubere poſſit.

CAVSA XXXII.

Rubricis 3. agit de Adulterio inhabili ad diſſolutionem vinculi matrimonii.

1 De Matrimonio cum meretrice contracto.

2 Ne vxor appelletur, quæ causâ incontinentiæ ducta eſt.

3 Vt mulier, aut liberi non patris ſerui, arbitrium ſequatur.

Digitized by Google

4 Ne liceat, vxore viuente, filios ſibi ex ancillâ quærere.
5 Vt ea quæ patitur inuita, pudicitiam non amittat.
6 Non licere viro vxorem dimittere ob fornicationem, ſi ipſe fornicator ſit.
7 Ne quis viuente dimiſsâ, ob adulterium aliam accipiat.
8 Ne liceat infidelem, ſub conuerſionis conditione, ſi dimiſſa viuat, ducere.

CAVSA XXXIII.

Rubricis II. *agit de diſſolutione matrimonii per impotentiam, Pœnitentia & debito coniugali.*

Quæ-
ſtit.
1 De Matrimonij diſſolutione, ex capite impotentiæ.
2 Vt Separata nubere poſſit, cum quo prius eſt fornicata, peractâ priùs pœnitentiâ.
3 TRACTATVS DE POENITENTIA. *ſeptem diſtinctionibus ſubiicitur.*
1. Sola cordis contritione, ſi confitendi facultas deſit, peccatum poſſe deleri.
2. Charitatem ſemel acquiſitam, poſſe in viâ non in patria, amitti.
3. Pœnitentiam reiterari poſſe, præter ſolemnem.
4. Peccata ſemel dimiſſa, non redire ſimpliciter.
5. Vt, arbitrio ſacerdotis diſcreti, pœnitentia imponatur.
6. Vt Fideles peccata ſua, proprio ſacerdoti vel alteri, de eius licentiâ, confiteantur.
7. Pœnitentiam metu mortis acceptam, eſſe fructuoſam.
4 De Actu coniugali tempore orationis interdicto.

Ne liceat coniugibus, ſine vtriuſque conſenſu, continentiam vouere.

CAVSA XXXIV.

Rubricis 2. agit de diſſolutione matrimonii. Viro, credito mortuo, redeunte.

1 Vt alteri nubens, credens virum mortuum, excuſetur ab adulterio.

2 Vt ad redeuntem virum, cogatur mulier redire & à ſecundo recedere.

CAVSA XXXV.

Rubricis 10. agit de impedimento conſanguinitatis.

qu. tit.

1 De Matrimonio cum conſanguineis prohibito.

2 De Matrimonio cum affinibus vetito aut permiſſo.

3 De Impedimento conſanguinitatis, olim ad 7ᵘ, hodie ad 4ᵘ gradum reſtricto.

4 De Cauſâ prohibitionis ad 7ū gradum, à 7. ætatibus mundi, petitâ.

5 De Computandis gradibus conſanguinitatis.

6 De Iureiurando conſanguinitatis, à propinquis & vicinis exigendo.

7 De Incæſtuoſis, in filios, non agnoſcendis.

8 De Conſanguineis ignoranter coniunctis, non accedente diſpenſatione Papæ, ſeparandis.

9 De Matrimonio, falſis teſtibus diſſoluto, redintegrando.

10 Ne filij, ex viduâ ſecundò nuptâ ſuſcepti conſanguineis prioris viri coniungantur.

CAVSA XXXVI.

Rubricis 2. agit de impedimento raptus.

1 De Raptu Virginum.

2 De Matrimonio raptoris cum raptâ contracto.

DECRETI III. PARS.

De Conſecratione.

diſ. tit.

Rubricis, ſeu diſtinctionibus 5. tractatum de Conſecratione abſoluit.

1 De Eccleſiarum, conſecratione, & Miſſarum celebratione.
2 De Sacramento Euchariſtiæ.
3 De Feſtiuitatibus per anni circulũ celebrãdis.
4 De Baptiſmi ſacramento.
5 De Confirmatione & Ieiunio.

SECTIO III.

Rubricæ Librorũ V. Decretaliũ Gregorianæ Cõpilationis.

GREGORIANA hæc Compilatio conſtat libris 5.

Nūs lib.	tit.
1	43
2	30
3	50
4	21
5	41
	185

Ius de Iudicibus eccleſiaſticis. Incipit tit. 1. *de Summâ Trinitate & fide catholicâ*. Definit tit. 43. *de Arbitris*.

IIus de Iudiciis. Incip. tit. 1. *de Iudiciis*. Definit tit. 30. *de Confirmatione vtili vel inutili*.

IIIus de Rebus Clericorum. Incipit tit. 1. *de Vitâ & honeſtate clericorum*. Definit tit. 50. *Ne clerici vel monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant*.

IVus de Matrimonio. Inc. tit. 1. *de Sponſalibus & matrimoniis*. Definit tit. 2. *de Secundis nuptiis*.

Vus de Criminibus. Incip. tit. 1. *de Accuſationibus &c.* Definit tit. 41. *de Regulis Iuris*.

Sic hoc Decretalium volumen continet in totum Rubricas 185. & Inſcribitur titulo ſequenti.

DECRETALIVM Gregorij Papæ IX. Compilatio.

Conſtitutio Procemialis. *Rex pacificus.* *

*In. exêplari *Romano* directa eſt Scholaribus & Doctoribus *Pariſiis* & Bononiæ commorantibus At in *Tarraconen.* Solis Schol. & Doct. *Bononiæ* &c. Extat MS. vtriuſque hîc in Bibliot. D. Cancellarij.

LIBER I.

Rubricis 43. agit de Religione, conſtitutionibus & Officiis Iudicum eccleſiaſticorum.

t.

1 De Summâ Trinitate & Fide Catholicâ.
2 De Conſtitutionibus.
3 De Reſcriptis.
4 De Conſuetudine.
5 De Poſtulatione Prælatorum.
6 De Electione & electi poteſtate.
7 De Tranſlatione Epiſcopi.
8 De Authoritate & vſu pallij.
9 De Renunciatione.
10 De Supplendâ negligentiâ prælatorum.
11 De Temporibus ordinationum & qualitate ordinandorum.
12 De Scrutinio in ordine faciendo.
13 De Ordinatis ab Epiſcopo, qui renuntiauit Epiſcopatui.
14 De Ætate & qualitate, & ordine præficiendorum.
15 De Sacrâ vnctione.
16 De Sacramentis non iterandis.
17 De Filiis Preſbiterorum ordinandis vel non.
18 De Seruis non ordinandis, & eorum manumiſſione.
19 De Obligatis ad ratiociniâ ordinandis vel non.
20 De Corpore vitiatis ordinandis vel non.
21 De Bigamis non ordinandis.
22 De Clericis peregrinis.

Digitized by Google

23 De Officio Archidiaconi.
24 De Officio Archipreſbiteri.
25 De Officio Primicerij.
26 De Officio Sacriſtæ.
27 De Officio Cuſtodis.
28 De Officio Vicarij.
29 De Officio & poteſtate Iudicis delegati.
30 De Officio legati.
31 De Officio Iudicis ordinarij.
32 De Officio Iudicis.
33 De Maioritate & obedientiâ.
34 De Treugâ & pace.
35 De Pactis.
36 De Tranſactionibus.
37 De Poſtulando.
38 De Procuratoribus.
39 De Syndico.
40 De Iis quæ vi, metus-ve causâ fiunt.
41 De [a] Reſtitutione in-integrum. (C. Roman.)
De [b] In-integrum reſtitutione, (C. Tarracoen.)
42 De Alienatione, Iudicij mutandi causâ, factâ.
43 De Arbitris.

LIBER II.

Rubricis 30. agit de Iudiciis eccleſiaſticis ſententiâ & appellationibus.

tit.
1 De Iudiciis.
2 De Foro competenti.
3 De Libelli oblatione.
4 De Mutuis petitionibus.
5 De Litis conteſtatione.
6 Vt Lite non conteſtatâ non procedatur ad teſtium receptionem, vel ad ſententiam definitiuam.
7 De Iuramento calumniæ.
8 De Dilationibus.
9 De Feriis.

Digitized by Google

10 De Ordine cognitionum.
11 De Plus petitionibus.
12 De Cauſâ poſſeſſionis & proprietatis.
13 De Reſtitutione ſpoliatorum.
14 De Dolo, & contumaciâ.
15 De Eo qui mittitur in poſſeſſionem cauſâ rei ſeruandæ.
16 Vt Lite pendente nil innouetur.
17 De Sequeſtratione poſſeſſionum & fructuum.
18 De Confeſſis.
19 De Probationibus.
20 De Teſtibus, & atteſtationibus.
21 De Teſtibus cogendis vel non.
22 De Fide Inſtrumentorum.
23 De Præſumptionibus.
24 De Iureiurando.
25 De Exceptionibus.
26 De Præſcriptionibus.
27 De Sententiâ & re iudicatâ.
28 De Appellationibus & recuſationibus.
29 De Clericis peregrinantibus.
30 De Confirmatione vtili vel inutili.

LIBER III.

Rubricis 50. agit de Iuribus Clericorum & rebus Eccleſiaſticis.

1 De Vitâ & honeſtate Clericorum.
2 De Cohabitatione Clericorum & mulierum.
3 De Clericis coniugatis.
4 De Clericis non reſidentibus in Eccleſiâ vel præbendâ.
5 De Præbendis & dignitatibus.
6 De Clerico ægrotante vel debilitato.
7 De Inſtitutionibus.
8 De Conceſſione præbendæ & Eccleſiæ non vacantis.
9 Ne Sede vacante aliquid innouetur.

10 De Iis quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu capituli.
11 De Iis quæ fiunt à maiori parte capituli.
12 Vt Eccleſiaſtica beneficia, ſine diminutione, conferantur.
13 De Rebus Eccleſiæ alienandis vel non.
14 De Precariis.
15 De Commodato.
16 De Depoſito.
17 De Emptione & venditione.
18 De Locato & conducto.
19 De Rerum permutatione.
20 De Feudis.
21 De Pignoribus & aliis cautionibus.
22 De Fideiuſſoribus.
23 De Solutionibus.
24 De Donationibus.
25 De Peculio Clericorum.
26 De Teſtamento & vltimis voluntatibus.
27 De Succeſſionibus ab inteſtato.
28 De Sepulturis.
29 De Parochiis,& alienis parochianis.
30 De Decimis,primitiis,& oblationibus.
31 De Regularibus & tranſeuntibus ad Religionem.
32 De Conuerſione coniugatorum.
33 De Conuerſione Infidelium.
34 De Voto & voti redemptione.
35 De Statu Monachorum & Canonicorum regularium.
36 De Religioſis domib⁹, vt Epiſcopo ſint ſubiectę.
37 De Capellis Monachorum & aliorum Religioſorum.
38 De Iure-patronatus.
39 De Cenſibus, exactionibus, & procurationibus.

De

40 De Conſecratione Eccleſiæ vel altaris.
41 De Celebratione Miſſarum, & Sacramento Euchariſtiæ.
42 De Baptiſmo & eius effectu.
43 De Preſbytero non baptiſato.
44 De Cuſtodiâ Euchariſtiæ, chriſmatis, & aliorum ſacramentorum.
45 De Reliquiis & veneratione Sanctorum.
46 De Obſeruatione Ieiuniorum.
47 De Purificatione poſt partum.
48 De Eccleſiis ædificandis vel reparandis.
49 De Immunitate Eccleſiarum, cæmiterij, & rerum ad eas pertinentium.
50 Ne Clerici, vel Monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant.

LIBER IV.

tit. *Rubricis 21. agit de Matrimonio.*

1 De Sponſalibus, & matrimoniis.
2 De Deſponſatione impuberum.
3 De Clandeſtinâ deſponſatione.
4 De Sponsâ duorum.
5 De Conditionibus appoſitis in deſponſatione & aliis contractibus.
6 Qui Clerici vel vouentes matrimonium, contrahere poſſunt.
7 De Eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.
8 De Coniugio leproſorum.
9 De Coniugio ſeruorum.
10 De Natis ex libro ventre.
11 De Cognatione ſpirituali.
12 De Cognatione legali.
13 De Eo qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ vel ſponſæ.
14 De Conſanguinitate & affinitate.

15 De Frigidis & maleficiatis, & impotentiâ coeundi.
16 De Matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.
17 Qui filij ſint legitimi.
18 Qui matrimonium accuſare poſſunt, vel contra illud teſtificari.
19 De Diuortiis.
20 De Donationibus inter virum & vxorem & de dote poſt diuortium reſtituendâ.
21 De Secundis nuptiis.

LIBER V.

Rubric. 41. agit de Criminibus & Pœnis Eccleſiaſticis.

tit.
1 De Accuſationibus, inquiſitionibus, & denunciationibus.
2 De Calumniatoribus.
3 De Simoniâ, & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur.
4 Ne Prælati vices ſuas, vel Eccleſias ſub annuo cenſu concedant.
5 De Magiſtris, & ne aliquid exigatur pro licentiâ docendi.
6 De Iudæis & Sarracenis, & eorum ſeruis.
7 De Hæreticis.
8 De Schiſmaticis & ordinatis ab eis.
9 De Apoſtatis, & reiterantibus Baptiſma.
10 De Iis qui filios occiderunt.
11 De Infantibus, & languidis expoſitis.
12 De Homicidio voluntario, vel caſuali.
13 De Torneamentis.
14 De Clericis pugnantibus in duello.
15 De Sagittariis & Baliſtariis.
16 De Adulteriis, & ſtupro.
17 De Raptoribus, incendiariis, & violatoribus Eccleſiarum.

Digitized by Google

18 De Furtis.
19 De Vſuris.
20 De Crimine falſi.
21 De Sortilegiis.
22 De Colluſione detegendâ.
23 De Delictis puerorum.
24 De Clerico venatore.
25 De Clerico percuſſore.
26 De Maledicis.
27 De Clerico excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.
28 De Clerico non ordinato miniſtrante.
29 De Clerico per ſaltum promoto.
30 De Eo qui ordines furtiué ſuſcepit.
31 De Exceſſibus Prælatorum & ſubditorum.
32 De Noui operis nunciatione.
33 De Priuilegiis & exceſſibus priuilegiatorum.
34 De Purgatione canonicâ.
35 De Purgatione vulgari.
36 De Iniuriis & damno dato.
37 De Pœnis.
38 De Pœnitentiis & remiſſionibus.
39 De Sententiâ excommunicationis & ſuſpenſionis & interdicti.
40 De Verborum ſignificatione.
41 De Regulis Iuris.

SECTIO IV.

Rubricæ Sexti Decretalium Bonifacianæ Compilationis.

Lib.	Nũs tit.
1	22
2	15
3	24
4	3
5	13
	77

SExtus hic Liber Bonifacij VIII. authoritate compilatus eamdem librorum ac titulorum ſeriem retinet, quàm Gregoriana compilatio obtinuit, Continetque Decretales

poſt illam ſuperuentas vſque ad tempora Bonifacij VIII. in quinque libros diſtinctas & ſub titulis 77. ordinatas, vt in adiecto marginis calculo. *pag.* 231.

LIBER I.

Rubricis* 22. *agit de Prælatis Eccleſiaſticis & officiis illorum.

tit.

1 De Summa Trinitate & fide Catholicâ.
2 De Conſtitutionibus.
3 De Reſcriptis.
4 De Conſuetudine.
5 De Poſtulatione Prælatorum.
6 De Electione & Electi poteſtate.
7 De Renunciatione.
8 De Supplendâ negligentiâ Prælatorum.
9 De Temporibus ordinationum & qualitate ordinandorum.
10 De Ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.
11 De Filiis Presbiterorum, & aliis illegitimè natis.
12 De Bigamis.
13 De Officio Vicarij.
14 De Officio & poteſtate Iudicis delegati.
15 De Officio legati.
16 De Officio ordinarij
17 De Maioritate, & obedientiâ.
18 De Pactis.
19 De Procuratoribus.
20 De Iis quæ vi, metus-ve cauſa fiunt.
21 De Reſtitutione in-integrum.
22 De Arbitris.

LIBER II.

tit. *Rubricis* 15. *agit de Iudiciis eccleſiaſticis.*

1 De Iudiciis.
2 De Foro competenti.

3 De Litis conteſtatione.
4 De Iuramento calumniæ.
5 De Reſtitutione ſpoliatorum.
6 De Dolo & contumaciâ.
7 De Eo qui mittitur in poſſeſſionem causâ rei ſeruandæ.
8 Vt lite pendente nihil innouetur.
9 De Confeſſis.
10 De Teſtibus & atteſtationibus.
11 De Iureiurando.
12 De Exceptionibus.
13 De Præſcriptionibus.
14 De Sententiâ & re iudicatâ.
15 De Appellationibus.

LIBER III.

tit. *Rubricis 24. agit de Iuribus Eccleſiaſticis.*

1 De Vitâ & honeſtate Clericorum.
2 De Clericis coniugatis.
3 De Clericis non reſidentibus in Eccleſiâ vel Præbendâ.
4 De Præbendis & Dignitatibus.
5 De Clerico ægrotante.
6 De Inſtitutionibus.
7 De Conceſſione Præbendæ & Eccleſiæ non vacantis.
8 Ne Sede vacante aliquid innouetur.
9 De Rebus Eccleſiæ non alienandis.
10 De Rerum permutatione.
11 De Teſtamentis, & vltimis voluntatibus.
12 De Sepulchris.
13 De Decimis.
14 De Regularibus & tranſeuntibus ad Religionem.
15 De Voto & voti redemptione.
16 De Statu regularium.
17 De Religioſis domibus.

Digitized by Google

18 De Capellis Monachorum.
19 De Iurepatronatus.
20 De Cenſibus, exactionibus & procurationibus.
21 De Conſecratione Eccleſiæ vel altaris.
22 De Reliquiis & veneratione ſanctorum.
23 De Immunitate Eccleſiarum, Cœmiteriorum, & aliorum locorum Religioſorum.
24 Ne Clerici vel Monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant.

LIBER IV.

tit. *Rubricis* 3. *agit de Matrimonio.*

1 De Sponſalibus & matrimoniis.
2 De Deſponſatione impuberum.
3 De Cognatione ſpiritali.

LIBER V.

tit. *Rubricis* 13. *agit de Delictis Eccleſiaſticis.*

1 De Accuſationibus, Inquiſitionibus, & Denunciationibus.
2 De Hæreticis.
3 De Schiſmaticis.
4 De Homicidio.
5 De Vſuris.
6 De Exceſſibus prælatorum.
7 De Priuilegiis.
8 De Iniuriis & damno dato.
9 De Pœnis.
10 De Pœnitentiis & remiſſionibus.
11 De Sententiâ excommunicationis, ſuſpenſionis & interdictis.
12 De Verborum ſignificatione.
13 De Regulis Iuris.

SECTIO V.

Rubricæ Septimi Decretalium vulgò Clementinarum.

QVidam Petrus Mathæi ICus Lugdunenſis propriâ authoritate auſus eſt, ad imitationem Sexti Bonifaciani, Librum, è variis Tridentini Concilij canonibus, & Pij 4. ac 5. aliorumque PP. conſtitutionibus è Bullario *Laertii Cherubini* depromptis, conficere, ac Septimum inſcribere, & quod peius eſt, Bibliopolarum audaciâ ſeu veriùs auaritiâ (qui ſemper Iura conturbarunt) illum annectere in recentioribus Lugdunen. editionibus, poſt Librum Clementinarum, nobis *Septimum* & Librum Extrauagantium, nobis *Octauum* ex ordine temporis ac vſu, ſic inſcriptos, tanquam authenticos & Canonicos, exemplo Bonifaciani Libri (quòd 5um ſequitur & Clementinas præcedat) *Sexti* vulgò Inſcripti. vt ſupra *P. 2. §. 2. pag. 45. in fin.*

Ideo præcaueat ſibi Philonomus ab hoc *Septimo* Petri Mathæi, vti ſpurio ac illegitimo; prout de Nouellis Leonis præmonui *P. 2. §. 1. pag.* 33. & de compilatione Barboſæ dixi *P. 2. §. 2. pag.* 45. ac de Appendice Nouellarum, & Cuiaciani feudorum libri, *pag.* 148. & 169. & de libris Baſilicῶν. *pag.* 189. & latiùs *Infra P. 3. §. 7. ſect. 7. 8. 9.*

Liber igitur Clementinarum, authoritate Clementis V. Auenione ſedentis compilatus, continet Decretales, poſt Sexti Bonifaciani compilationem, ſuperuentas ad tempora Cle-

Nūs lib.	tit.
1	11
2	12
3	17
4	1
5	11
	52

mentis V. ſuis titulis diſtinctas, iuxta ſimilem Gregorianæ & Bonifacianæ compilationum Seriem.

LIBER I.

Rubricis 11. *agit de Prælatis Eccleſiaſticis & officiis illorum.*

Græcorum exemplo Alex. Villadei Franciſcanus, Doctor Sorbonicus circa ann. Chr. 1240. Rubricas ſeu titulos capitum veteris nouique teſtamenti *Verſibus* 212. *hexametris* expreſſit, itaut quælibet dictio cuiuſlibet capitis ſummam; numerus vero dictioni præpoſitus, capitis numerũ deſignaret; Expreſſit pariter 11. *verſibus* libros omnes d. Bibliæ, itaut quælibet dictio librum, & margo numerum capitum cuiuſque libri demonſtraret, quos Biblia Maxima Pariſiis edita 1645. exhibet in limine. Plura de Iuris Rubricarum verſibus, *Ego. P. 2. § 3. pag.* 47.

III^a^ Facies huius quadripertiti tractatus, Seriem earumdem Iuris rubricarum ex ordine quo ſunt in corpore, repræſentat *à pag.* 65. *ad* 241. quæ ſeries potiſſimùm ediſcenda eſt, vtpotè ad quam cæteræ formæ rubricarum tanquam media ad finem ordinentur, prout indicaui *ſupra P.* 2. §. 1. 4. *&* 7 *pag.* 21. 47. *&* 241.

IV^a^ demùm Alphabeticè rubricas repetit *à pag.* 241. *ad* 310. vt illas ad omnem nutum promptas habeat, qui memoriâ laborat, cuius lapſus humanitati adſcribitur, *l.* 2. §. 13. verſ. *memoria C. de Vet. Iur. enucl.* quæ ideo labilis eſt *l. peregrê* 44. *ff. de acquir. poſſeſſ.* vt monui *ſupra* § 7. *pag.* 241.

SECTIO II.

De Dignitate ſcientiæ Rubricarũ.

SI quis miretur me, qui potuiſſem ab illuſtrioribus Iuris commentariis propediem edendis, maiorem gloriam comparaſſe; Maluiſſe tamen ab hoc Prodromo (nihil ferè, præter tra-

ctatum

ctatum de rubricis redolente) Iuriſprudentiam auſpicari.

Audiat tùm ordinem doctrinæ, tùm conſilium gloriæ, (quæ ſola eſt *ex Poetâ* virtutis pulcherrimerces) exegiſſe à me, vt hanc de Iure tractationem exordirer à ſcientiâ rubricarum, & hiſtoricâ Iuris Chronologiâ, quam licuit, in epigraphe, hactenus ineditam appellaſſe, quatenùs hodie næuis deletis emendata, repletis defectibus aucta, veris epochis diſtincta, numeris demùm omnibus abſoluta, verè Noua prodit in lucem, *ex l.* 1. §. *ſed neque* verſ. *qui ſubtiliter. C. de Vet. Iur. enucl.*

Siquidem cùm in omni ſcientiâ τὰ Πρῶτα ſeu Principia ſint pars potiſſima. *l.* 1. verſ. *potiſſima ff. de Orig. Iur.* & difficilior, quæ non niſi à peritiori ac veterano artifice pro dignitate tractetur, teſte Guillielmo Marano Antec. Toloſ. *in Proleg. Orat. ad Paratitl. Digeſt.* Ideò ex hâc (ſub nomine Prodromi) Principiorum tractatione, plus ponderis ac gloriæ, apud Viros probè doctos (penes quos ſtat laudis æſtimatio) quæſiuiſſe me contendo.

Vnde quantùm Legulei ac inexperti Iuuenes tractatum hunc notaſque deſpicient, tantùm antiqui ac emeriti Profeſſores commendabunt, & ex vngue, Leonis (vt dicitur) vires æſtimabunt; quâ de re plura *in Epiſtolâ liminari pag.* 3.5.11.

Interim quò Ariſtarchi ſuam poſſint cacohetem implere, Nouum expectent Iuſtinianum, breui à Prodromo compariturum, ſequenti inſcriptione donatum.

Nouus Iuſtinianus*, ſeu *Iuriſprudentia Nomocanonica In Artem redacta.

Analytico Inſtitutionum Comentario, ad Iuſtiniani tempus relato, & hodiernis moribus accommodato.

Adiectis, in calce cuiuſque tituli, Parergis.

In quibus Controuerſæ, tùm in ſcholis tùm in foro, quæſtiones reſoluuntur, & diſsidentes Authorum ſententiæ, Deciſiuis §§is ad ſua principia reuocatis, componuntur.

In eum quippe dabitur vltrò campus arguendi, & mihi errores (ſi quos bonâ fide indicent) ingenuè emendandi, nec enim φυλαυτίας laboro; nec ignoro, humanæ naturæ vices, (quæ Cuiacium ipſum, imo Papinianum in varios errores deduxerunt *teſte Edm. Merlio Antec. Bituric. Diſſertat. ad libros 3. ex Cuiacio cap.* 10.) me quoque in aliquos lapſus deiicere potuiſſe; Non tamen ex hoc licebit laborem noſtrum damnare, vt elegantiſſimis expreſſit verbis Iuſtinianus *in l. 2. § ſi quid* 14. *C. de Vet. Iur. enucl.* Nemo, *inquit* „hoc vituperandum exiſtimet, ſed primùm quidem imbecillitati humanæ, quæ naturaliter „ineſt, id adſcribat, quia omnium habere memo„riam, & penitùs in nullo peccare, Diuinitatis „magis eſt, quàm mortalitatis. Hactenus Iuſti„nianus. Vide quæ hac de re concinit Epiſtola Liminaris *ad Iuriſprudentiæ Candidatos in fin. pag* 13.

SECTIO III.

De Neceſsitate Studij Rubricarum.

QVi ſtudium rubricarũ, illarumque tractatũ floccifaciunt, Vel rubricas neſciunt, vel didicerunt; Si neſciunt, de illis iudicare nequeunt *ca. qui de menſâ.* 11. *diſt.* 37. Neceſſitas enim illarum non rationibus, quæ ſolas Iuuenum aures feriunt, ſed experientiâ ſolâ cui reſiſti nequit, ap-

prehenditur. Si verò didicerunt, & iam illarum neceſſitatem ediſcendo prægustarunt, qui tam conſtanter in re inſipidâ, operas collocarunt, Adeout ex hoc ſolo, quaſi lydio lapide natum ad Iuriſprudentiam ingenium probetur; Aut (ſi mavis) velut Aquilæ fœtus degener reprobetur, qui rubricarum radios inconniuenti mentis acie, ſuſtinere nequit *arg. l.* 2. § *ſed cum* 11. *verſ.* non conniuentibus oculis aſpicere. *C. de Vet. Iur. enucl.*

Equidem ἀδύνατον eſt Iuriſperitum agere, non retentâ Rubricarum ſerie, vt oſtendi *in Proœm. P.* 1. *pag.* 2. *&* 3. *& Infra pag.* 318. Quæ veritas etſi ſolâ rationum vi percipi vix poſſit *vt dixi* Forſitan authoritas Virorum illuſtrium, qui eamdem ſententiam concinnarunt, efficaciùs ſuadebit. Inter quos ducit Chorum.

1. A. Mornac. ad l. 1. §. noſtrâ C. de vet. Iur. enuc.
2. G. Maran. Antec. Toloſ. Orat. de rect. rat. doc.
3. Conrad. Lag. Method. Iur. tradit. lib. 1. cap. 2.
4. Chriſtoph. Hegendorphin. Progymnaſm. 5.
5. Iacob. Spiegel. in Epitom. cap. 11. fol. 654.
6. Io. Bap. Caccial. tract. de mod. ſtud. docu. 15
7. Io. Gilen. Præfat. ad local. Iur. mem.
8. Iacob. Gothofr. Præfat. ad Seriem Digeſt.
9. Non erubeſco dulciſſ. mem. Parentem *Andream Payenum* in hunc Catalogum referre, quippe qui publicè Iura profeſſus, nihil frequentiùs mihi, ac Iuriſprudentiæ candidatis inculcàrit, præter hanc *Rubricarum* commendationem; à quô quaſi traduce incitatus, tractatum hunc ſuis numeris abſolutum publici Iuris facio.

10. Sed ne vitâ functos ſolùm, quaſi ſemel tantùm locutos, laudaſſe videar in authores; Etiam Superſtites profero non minùs inſignes.

Præ cæteris Perill. Franc. *Chapardum* Profeſſorem Regium Aqui-ſextien. qui vt doctiſſimus, ſic eiuſdem veritatis conſcius, ſolâ rubricarũ ſciẽtiâ poſſe Iuris faſtigium attingi, humaniſſimos inter ſermones mecum habitos, pluries confirmauit.

11. In eandem ſententiam vltrò deſcẽdit Perill. Reimundus *Paucyus*, qui in hâc Ciuitate Pariſien. à multis annis Profeſſorio munere dignè functus, mihi renunciauit ingenuè, ſe ab aliâ (quam cogitauerat ad publicũ bonũ) rubricarũ editione deſtitiſſe, quod Prodromus noſter ei præcurriſſet.

12. Peccarẽ in publica cõmoda, ſi locupletiſſimũ Viri Superilluſtris teſtimoniũ præterirẽ. nẽpe Ioannis *Boccagerii*, qui ſupra tricennium quô Iura Pariſiis ſummâ cũ laude profitetur, præclamauit ſemper adulterinã eſſe docendi rationẽ; quæ per aliã quàm Rubricarũ viã, ad Iuſtinianũ deducit.

13. Lubet Alterum, Colophonis inſtar, adiicere, qui meritis cæteros vnus æquat, ſcilicet Illuſt^mũ^ Henricũ Ludouicũ Habertũ *Mon-morium*, Regi à ſupplicibus libellis, & Conſiſtorianũ Comitẽ. Sed quod authoritati plus ponderis addit, acceſſio eſt Virtutũ, quibus ſplendet illuſtriùs, vt eum, omnes qui norunt (nemo verò non nouit niſi Ἄμουσος) quaſi Scientiarũ Arbitrũ, Muſarum domicilium, Νομικῆς Ὀφθαλμὸν, Themidos templũ venerentur. Is (inquam) nõ tàm verbo, quam exẽplo Iuris rubricarũ ſcientiã, ita cõmendat; vt illas ſemper, ne imparatus loqui videatur, ſecum deferat, quibus promptã materiæ ſedẽ tutò indicet, & à ſcopo, ſi qui deuient, ſtatim reuocet. Ille idem mihi ſæpiùs animos fecit, vt editionẽ hanc accelerarẽ, quæ deſideratã Iuriſprudentiæ reſtitutionẽ pro-

moueret,ſimulque laudauit ſubiectũ, mantiſſę loco, *Paræneticum Carmen*, quod Studioſos ad Rubricarum velitationem ſuauiùs incitaret.

14. Iam è prælo exitura fides hæc, tot tantiſq; teſtimoniis conſpicua canebat receptui. Dum inexpectata Viri Illuſtriſſimi Fides Αὐθεντικώτερα ſuperuenit, Noſtrâtis nimirùm, Ioſephi Mariæ SVARESII Vaſionenſis Epiſcopi Literis *Datis* VI. *Kal. octob. præteriti*. Cuius ponderi ne quid detraxiſſe videar, concepta verba refero. Prodromum, '*inquit*, Iuſtinianum, cuius ad me Propylæũ miſiſti, ſum admiratus, tantũ opus à te inchoatum '(age quæſo, ad Iuriſprudentiæ noſtræ decus, 'quod cæpiſti perfice) debebunt tibi Superſtites 'ac Poſteri, nec tam egregij doni, quô Themidẽ 'muneraberis, memoria vllo tempore intercidet, 'Mœcenas Eminentiſſimus Cardinalis CHISIVS 'Legatus habebit in maximo pretio Ccimelion 'iſtud, vtque cenſor eſt ingeniorum, & velut 'Agonothêtes, præmiorumque Diribitor æquiſ'ſimus &c. Hactenùs Suareſius à me laudatus *infra in Notitiâ Baſilicῶν. P.*3.*§.*5.*sect.*2.*nu.* 19.

MANTISSA Ad Cupidam Legum Iuuentutem.

CARMEN PARÆNETICVM.

SI cupis (ô Lector) Ius diſcere, diſce Ru- (bricas;
Nam ſine Rubricis diſcere Iura nequis.

Excipies; Poſſum pro Roſtris diſcere: At Erras,

His ſine, ſi credis diſcere Iura fori.

Subiicies; Saltem conſcendam pulpita: Et Audi

His ſine, qualis eris? Scilicet Ardelio.

Fortè quid Ardelio ſit quæris? Scilicet ille eſt,

Qui ſe ſcire putans omnia; Nulla tenet.

Ergo nec Auditor, nec Doctor, Nêue Patronus

Eſſe potes, quid ages? Cuncta Rubrica *dabit.*

Cuncta Rubrica *dabit; Noſtrum ſi ſæpe Libellum,*

IVRIS-ALVMNE legas; Quo ſine Nullus eris.



PRODROMI IVSTINIANI PARS III.

Hiſtoria Iuris Vtriuſque Chronologica.

PROOEMIVM.

De Neceſſitate Notitiæ Corporum Iuris.

MEritò Pars hæc ad Prodromum Iuſtinianum refertur, cùm à ICto Pomponio præfationis loco præmittatur *in l.* 1. *& 2. ff. de Orig. Iur.* & à Iuſtiniano *in l.* 1. *& 2. C. de Veter. Iur. enucl.* & ſit omninò ad Rubricarum & textuum intelligentiam neceſſaria.* Præfationes enim de quibus Iuriſconſultus loquitur, non ſunt illa orationum ſchemmata vel eloquentiæ floſculi, aut fucata ratio dicendi, quâ in foro Rhetores vtuntur, ſed prolegomena, quæ nobis, ad ſuſceptæ cognitionem materiæ, euidentiorem præſtant intellectum, vt his verbis exponit idem ICtus *in d. l.* 1. §. *iſta præfationes. ff. de Orig. iur.* And. *Vallenſ. in Proœm. ad Decretal.* Ioan *Paul. Lancellot. in Prælect. de Cognitione Iuris Ciuilis & Canon:* Quia in Scholis Iuriſprudentia quęrit doctrinam non eloquentiam, vt probat *Oratoris Romani* locus, qui Varronis ſcriptâ, quòd doctrinâ potiùs quam eloquentiâ præſtarent, cæteris anteponit. & comprobat Iuſtinianus *in Conſt. Proœm. ff. orum omnem* §. *illud* 9. ibi. *cùm oportet priùs animas, quàm linguas fieri eruditos.*

*quid apud I.Ctos Præfatio.

Satis verè commendari non poteſt quantùm hæc Notitia conferens antiqua tempora cum hodiernis chronologico quaſi diagrammate ſit neceſſaria * Nouis Iuſtinianæis (ſic enim Alumnos primi anni, qui priùs Dupondij vocabantur, nominari cauit Iuſtinian. *in §. primo quidem anno Proœmial. Conſt. Pandect.*) conuenit enim vnumquodque Ius ad ſui originem reuocare, diſtinguendo tempora, quibus iura introducta ſunt manuducente ICto. *in d. l. 2. ff. de Orig. Iur.* Quâ diſtinctione diſſoluuntur plures Antinomiæ * & inextricabiles alioquin difficultates, iuxta illud, diſtingue tēpora & cōcordabis ſcripturas. *l. apud antiquos, C. de furtis.* ca. *ſi peccauerit. 2. qu.* 1. & in his terminis obſeruat *Iacob. Spiegelius de Iuriſconſ. temporibus. cap. 1. in princ.* Adeo vt ſine hâc parte quaſi pueri * eſſe videamur, & in tenebris, experturbato tempore ac nomine, vt ipſiſmet verbis ait *Ant. Auguſtin, Præfat. de Nomine proprio τῦ Πανδέκτῦ Florentini* verſ. *ſine hac parte.*

* Quid Iuſtinianæus, vel Dupondius.

Iuris Chronologiâ diſſoluitur antinomia.

Pueri ſunt & in tenebris qui ſine hac parte ICtos dicunt

Demùm conducit hæc notitia ad intelligentiam Recentiorum Iuris Interpretum, nempe Cuiacij, Gothofredi, Ant. Auguſt. Contij, aliorumque, qui paſſim Orientis & Occidentis Imperatorum Iura referunt, ad emendationem diuerſarum Lectionum ſeu Editionum.

Ne verò quis nos erroris inſimulet circa Epochas ſeu annorum numeros, ad quos referimus Initia temporum, legat quæ in hanc rem conieci *in fine 3æ Liminaris Epiſtolæ ad Candidatos. pag.* 13

Digitized by Google

§us. Ius.

Notitia Chronologica.

Iuris Naturalis Gentium & Ciuilis.

IMprimis Ius naturale ſeu Ius gentium primæuum cum ipsâ Adami creatione ſumpſit initium, & viguit Iure gentium nondum introducto vſque ad tempus Caini, qui primus primam Ciuitatem condidit, quam Enochiam ab Enoch filio ſuo primogenito appellauit *ca. non eſt peccatum §. his itaque diſt.* 6. Idque circa annum mundi 133. Vel vt alij malunt à tempore renouati per diluuium mundi (quod fuit ab Adamo creato ex vulgatâ ſupputatione 1656) vſque ad annum mundi 1707. quo ædificatæ fuere poſt diluuium Ciuitates, creatique Magiſtratus quibus introductum eſt Ius gentium ſecundarium. *Vt latiùs infra dicetur.*

ab Adami Creat. ann 1. Ius naturale

ab A. C. Ann. 133. 1. ciuitatis ædificatio.

ab A. C. 1656. Renouatio mundi per Diluuium.

Et ſic durauit Ius Naturale ante diluuium annis 133. poſt diluuium verò annis. 51. * Per quod tempus homines pagos ſolùm incolebant nondum conditis ciuitatibus, ſolâque naturali ratione viuebãt nondum creatis Magiſtratibus, & omnia indiuiſa ac in communi poſſidebant nondum facta Imperiorum diuiſione, & ab eo tempore mare & litus maris comune remanſerant. *l. quod in rerum* 15. *ff. de Acquirend. rerum domin.* & Ius venationis retinuit traditionem dominij ferarum primo occupanti. §. *feræ Inſtit. de Rerum diuiſione*; Nulla pariter erat tunc temporis actio Iudicialis, cum nullus adeſſet magiſtratus; ſed ſine actione homines ſponte fidem ſeruabant nec quid humanæ ſocietati contrarium com-

* Tempus aureæ ætatis

mittebant, quod ideo tempus, *Auream ætatem* Poetæ nuncuparunt teſte Ouidio.

Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo,
Sponte ſuâ ſine lege fidem, rectumque colebant.

IIum Tempus quod Iuri Naturali ſucceſſit fuit, Ius Gentium ſecundarium, ſtatim ac (ob Caimi fratricidium ante diluuium anno mundi 133. vel poſt diluuium ob vitia hominum) fuere conditæ ciuitates, & creati magiſtratus circa ann. mundi 1707. ſeu poſt diluuium 51. quô tempore Aſia priùs obuenta Semo, inter eius filios ſubdiuiſa eſt *Geneſ. cap.* 10. *verſ.* 25. è quibus monarchia Babel, ſeu Aſſyriæ poſteà deriuauit. *Geneſ.* 10. *verſ.* 10. vt Infra dicetur *pag.* 323. Longè enim anteà, ſeu paulò poſt maledictionem Chami circa ann. mundi 1660. Noemus inter filios ſuos diuiſerat Imperiorum dominia, aſſignatâ Iapheto primogenito Europâ, Chamo Africâ & Semo tertiogenito Aſiâ, ô Egregium familiæ herciſcundæ Iudicium!

ab A.C. An. 133. Ius Gentium ſimpliciter ſeu ſecundarium

Ann. 133. vel 1707. ædificatio ciuitatum.

Ann. 1660. Diuiſio Imperiorum.

Neque tamen ex eô licet inferre Americam filiis Noë incognitam extitiſſe, cum de eâ implicitè meminerit Moyſes ipſe *Deuteron.* 30. *verſ.* 4. & Iſaias, *Congregâbit*, inquit, *profugos Iſrael & diſperſos Iudâ colliget à quatuor plagis Terræ*, Ad illam quippe Poſteri Noë è Flandriâ & Groenlandiâ nauigarunt. *teſte, Hugone Grotio.*

America à filiis Noë peragrata.

Ex quibus Noë filiis ac nepotibus, in conſtructione Turris Babel cœptâ per ipſos ann. mundi 1787. (ſuperſtite adhuc Noëmo qui natus ann. 1056. obiit ann. 2006.) confuſis inter ipſos linguis, Ortæ ſunt 72. familiæ, 72. linguas ſortitæ, inter quas Heberi familia incorruptam, primigeniam linguam Hebraicam, retinuit, quòd Heber abnepos Semi in conſtructione d. turris non interueniſſet, *ex Genebrardo.* Eodem tempore *ex*

ab A.C. Ann. 1787. Diſcretio gentium & linguarum.

Ant Contio ſecundùm Hebraicam edit. Heber filium genuit, ob id *Phaleg*, latinè *diuiſio* nominatum *teſte D. Auguſt. lib. 6. & 11. de Ciuit. Dei*.

A quâ linguarum confuſione, diſcretæ ſunt Gentes, quia cum anteà eodem ſermone, nempe Hebræo, loquerentur, poſtea verò ſeipſas non intelligerent, ſingulæ ad ſingulas ſuis parentibus obuentas terrarum partes profectæ ſunt. Quò vbi peruenerunt, eas inter ſe ſubdiuiſerunt, poſitis agrorum terminis, circa ann. 1850. quibus obuentas quiſque ſibi terras, impenſiùs excoleret, & creſcente hominum malitiâ ab inuaſione defenderet quod initiũ dedit 1æ monarchię *ex Iuſtino*.

ab A.C. Ann. 1850. Poſitio terminorum.

Et cum indiès ſubigeret homines cupiditas vel extendendi limites, vel ablata per iniuriam recuperandi, factum eſt, vt Ius Gentium ſecundarium ſeu conſtitutum, priùs Ciuitatum ædificatione, legum promulgatione, & magiſtratuum creatione introductum, ſucceſſiuè fuerit Iure belli, & contractuum executione firmatum. *l. ex hoc Iure ff. de Iuſtit. & Iur*. Vacon *à vacunâ Declarat. Iur. lib. 1. cap. 22. n. 4. & ſeqq*.

Ius belli ſeruitutis & contractuũ.

Exinde, cum hoc Ius gentium ſecundarium, per ratiocinationem ad neceſſitates hominum relatam ſtabilitum, non ſufficeret, pro conſeruatione humanæ ſocietatis, ob deprauatam magis ac magis naturam humanam; Dum apud Aſſyrios circa ann. mundi 1850. regnante Nembroth filio Heber ſeu Belo, & apud Hebræos ædificatâ ciuitate Hieruſalem circa ann. mundi 1870. regnante Semo filio Noë; apud Latinos circa ann. 1880. regnante Iapheto ſeu Iano; & apud Gallos ſeu Celtas Circa ann. 2001. regnante Samothe quartùm-genito Gomeri filij d. Iapheti; Ius Ciuile ſeu proprium Ciuitatum inuenit cunabula *l. omnes populi ff. de Iuſt. & Iur*. Succeſſiuè tranſlato ab

ab A.C. Ann. 1850. *Ius proprium* ſeu Ciuile Aſſyriorum.

1870 Hebræorum
1880 Latinorum
2001 Celtarum

Aſſyriis ad Medos imperio, à Medis ad Perſas, à Perſis ad Græcos *ca. Moyſes diſt.* 7. penès quos duplex Ius, viguit, ἔγγραφον ſcilicet ſeu ſcriptũ apud Athenienſes, & ἄγραφον ſeu non ſcriptũ ac conſuetudinarium apud Lacædemones; Tandem ab his ſeu Græcis ad Romanos Ius Ciuile ſeu proprium Romanorum promanauit. *l. Ius Ciuile ff. de Iuſt. & Iur.* & *l.* 2 *ff. de orig Iur.* de quo *Infra* §. 4. & 6. *pag.* & *pag.*

Athenienſiũ

Lacedemoniorum

3198 Romanorum

Et ſic conſtat Ius Gentium ab ann. mundi 1707 ædificationis poſt diluuium factæ ciuitatum, vel vt alij malunt ab anno mundi 1850. poſitionis terminorum vſque ad vrbem conditam annis 752 ante Chriſtum natum (ſeu anno mundi 3254. *ex Contio in Chronic. canonib.* vel anno 3198. ex ærâ vulgatâ *teſte P. & Gaſſendo to. 4. obſer. l.* 1. *cap.* 27.) quô tempore Ius Ciuile Romanum introductum eſt, Viguiſſe Ius Gentium per annos 1348.

Epocha V.C.

III^um itaque tempus fuit Iuris Ciuilis Romanorum, quod à tempore V.C. ſeu fundati à Romulo Imperij Romani circa annum mundi 3198. *ex ærâ vulgatâ* vt dixi. ſumpſit initium, quô tempore Ius Ciuile αὐτονομαστικῶς appellatum eſt, vt eleganter innuit Pomponius *in l.* 2. *ff. de Orig. Iur.* & Ius commune κατ' ἐξοχὴν à communi Romani Imperij Iuriſdictione. *l. in orbe Romano ff. de Statu hominum.*

ab A.C. ann. 3198. Ius Ciuile Romanum.

Hoc autem Ius Ciuile Romanum quatuor agnouit Tempora, quæ communiter ICti appellant Iuriſprudentiæ Antiquæ, Mediæ, Nouæ, ac Nouiſſimæ. Ego 5um Tempus adiicio, nempe Iuriſprudentiæ Primæuæ, ſeu Antiquiſſimæ, quæ ante leges 12. tabularum dicitur viguiſſe, vt latiùs *ſequenti Sectione*, dicetur.

Quinque tempora Iuriſpr. Romanæ.

Cæterùm huiuſce triplicis ætatis, ſeu Iuris naturalis Gentium & Ciuilis Statum tam eleganti

carmine

carmine *ſuprà pag.* 19. expreſſit Clariſſ. **Flechier** Acad. Regius, vt illud omninò legi mereatur; quippe quod præter eruditionis florilegia quibus micat, eam ſtyli puritatem exhibeat, vt in eo Auunculi eius mores dulciſſimos animumque reuixiſſe diceres, nempe Reu^mi qu. P. Herculis *Audiffredi* in Congr, Doctrinæ Chriſtianæ Gallicanâ Protopræpoſiti, cuius effigiem Terentiano, hoc eſt terſiſſimo ſtylo delineauit *Noſtras* Sangeneſius *lib.* 2. *Carmin. pag.* 136.

§us. IIus.

Chronologia Romanæ Iuriſprudẽtiæ, Primæuæ, Antiquæ, Mediæ Nouæ, & Nouiſſimæ,

HÆc diſtributio temporum, quibus ſcientia Iuris in artem redacta ſuam originem & progreſſum obtinuit, præſtat intelligentiam omninò Notitiæ Corporum Iuris *in* §. *ſequenti* ſubiiciendæ, & enucleat inextricabilem illum §. *Atqui patrono* Inſtit. *de Fiduciaria tutela* & §. *ſed illa Inſt. De Teſtam.* §. *Cæterum Inſt. de Legitima Agnat. ſucceſſ.* & §. *præterea. De Actionibus.* & alios paſsim Iuris locos non minùs ſingulares, quam eruditione refertos.

1°. Itaque Iuriſprudentia Primæua, quæ Ius Regium appellatur, ſumpſit exordium ab V. C. anno 1. ſeu anno mundi 3198. quo tempore Romulus, 2. Numa Pompilius, 3. Tullus Hoſtilius, 4. Ancus Martius, 5. Tarquinius Priſcus, 6. Seruius Tullus & 7. Tarquinius Superbus, omnes Reges Romani fundarunt Imperium legibus Curiatis, quippe quas Reges ederent in Comitiis vſque ad d. Tarquinium ſuperbum, quô ob Lu-

ab V. C. Ann. I. Iuriſprudentia Primæua ſeu Ius Regium, aut Papyrianum.

cretiæ ſtuprum, expulſo circa annum V. C. 244. Populus Romanus medio Conſulum per 20. annos Iura reddidit; tum per Tribunos, donec circa annum V. C. 300. aliis 302. Iuris adminiſtratio deuoluta eſt ad Decemuiros aduectis è Græcia legum 10. tabulis, quibus adiectæ duæ dederunt nomen legibus duodecim tabularum, ſimulque initium Iuriſprudentiæ Antiquæ & finem Primæuæ ſeu Regiæ aut (à Papyrio legum Regiarum collectore) Papyrianæ de qua Pompon. *in l.* 2. *ff. de Orig. Iuris* & latius *Infra* §. 3. *ſect.* 1. *pag.* 331. Et ſic viguit Iuriſprudentia Primæua fere per annos 302. vel 304. vt *Infra pag.* 331.

ab V. C. 304 Antiqua Iuriſprudentia.

II°. Iuriſprudentia Antiqua circa annum V. C. 304. ortum duxit à legibus 12. tabularum, ſecundùm quas Iura reddebant Decemuiri & Prætores creati ab ann. VC. 387. Ita vt non liceret ab illis recedere conquiſitis æquitatibus, ſed caderet à Iure qui cadebat à ſyllabâ, certis formulis actionum præſcriptis. Vnde vocauit *Tullius* tempus illud, ſummum Ius, ſummam iniuriam, & appellatione Iuris ciuilis ſimpliciter *in Inſtitut. & Pandectarum textu*, hoc tempus intelligitur; quod durauit vſque ad tempus mediæ Iuriſprudentiæ, prudentum interpretatione inductæ, paulo ante Ciceronis tempora (qui natus eſt anno V. C. 650. & obiit anno 713.) *vt mox dicetur infra*, & ſic viguit Ius hoc Ciuile Antiquæ Iuriſprudentiæ fere per annos 350.

Quid in Pandectis & Inſt. appellatione Iuris Ciuilis ſimpliciter veniat.

ab V. C. 650. Media Iuriſprudentia

III°. Succeſsit Iuriſprudentia media paulo ante Ciceronis tempora circa annum V. C. 650. iuxta ſupputationem *Cantiunculæ*, quam probauit *Myſinger. in* §. *Cæterum n.* 4. & 7. *Inſtit. de Legit. Agnat. Succeſſ.* quo tempore Prætores & Iudices ex interpretatione Prudentum Ius reddebant, quippe qui ab illorum reſponſis recedere non

poſſent, temperando rigorem Legum 12. tabularum, vel ſupplendo omiſſa ex mente illarum per interpretationem Prudentum inductâ.

Habuit autem hæc media Iuriſprudentia duplex tempus; Prius quidem alligabat Prætores alioſue Magiſtratus legibus 12. Tabularum iuxta interpretationem à Iuriſconſultis habitam; quorum Reſponſa pro legibus habebantur §. *reſponſa Inſt. de Iur. nat. gent. & ciuil.* Duo Tẽpora Iuriſprudent. Mediæ. 1ũ

Poſterius verò tempus Prætoribus tanquam Magiſtratibus annuis facultatem dederat ſua edicta proponendi initio anni, ſecundùm quæ Ius redditurí erant, quæ vim legis obtinebant; Eòque potiſsimùm tendebant, vt rigori Legum 12. tabularum detraherent, vel defectui ſupplerent conquiſito motiuo naturalis æquitatis §. *Prætorum Inſt. de Iur. Nat. Gent. & Ciuil.* Durauitque vſque ad Legem Regiam temporibus Auguſti latam circa annum V. C. 729. quo inductum eſt Ius conſtitutionis Principum, reiectis legibus 12. tabularum, aut Iure Prætorio, ſeu anno ante Chriſtum 23. Natus enim eſt Chriſtus anno V. C. 752. ſeu anno mundi 4000. *ex Turſell. hiſt. lib. 4.* Vel anno mundi 3950. *ex Gaſſendo to. 4. obſ. lib. 1. cap. 27. pag. 22.* vel ann. 4006. ex Contio *vt ſupra pag. 324.* 2ũ Tempus Iuriſprudẽt. Mediæ. Epocha Chriſti.

Et ſic viguit hæc media Iuriſprudentia fere per annos 79. quam ideo Iuſtinianus meritò dixit fuiſſe quidem legibus 12. tabularum iuniorem, ſed Conſtitutionibus Principum anteriorem *in § cæterum Verſic. media autem Iuriſprudentia Inſtit. de legit. Agnat. ſucceſſ.*

IV° Superuenit tempus Iuriſprudentiæ Nouæ, circa annum V. C. 729. quo lata eſt Lex Regia tranſlato per Pop. Romanum, in Auguſtum Imperio, & facultate legis condendæ, teſte *Amaia* ab V. C. 729 Iuriſprud. Noua.

Digitized by Google

Obſeru. Iur. lib.1. cap.1. n.22 & 23. per quam Legem Regiam inductum eſt, vt non amplius ex legibus 12. tabularum, Senatuſconſultis, Plebiſcitis, Edictis Prætorum, vel Reſponſis Prudentum; ſed ex ſolis Conſtitutionibus Principum Ius diceretur. §. *ſed & quod principi Inſtit. de Iure Naturali Gentium & Ciuili. Lalius Mancinus Diſquiſit. Genial. Centur.2. cap.189. n.2.* Et durauit paulò poſt mortē Iuſtiniani, quæ fuit ann. Chr.565. ſeu V.C. 1318. & ſic ad ann. Chr. 570. quo Ius Nouiſſimum Nouellarum in vnum volumen redactarum prodiit in lucem, ſicque viguit hoc tempus Nouæ Iuriſprudentiæ per annos 589.

ann. Chri. 570 Iuriſprud. Nouiſſima.

V°. Demum prodiit paulo poſt Iuſtinianum nempe anno Chr.570. Iuriſprudentia Nouiſſima quæ nomen & cunabula obtinuit à Nouellis eiuſdem Iuſtiniani poſt ſecundam Iuſtinianæi Codicis editionem ſuperuentis, & in vnum volumen paulo poſt illius mortem redactis, ad declarationem vel abrogationem legum in Codice ſecundæ ſeu repetitæ lectionis inſertarum de quibus dictum eſt *ſupra Part.2. § 1. ſect 4 pag.29.* Vt non immerito tractatum ſuū *P. Gudelinus* Louanienſis Antecceſſor inſcripſerit *de Iure nouiſſimo.*

Nouellæ cons in Occidente unquam im legis habuerunt.

Quoad enim Nouellas Leonis aliorumque quæ Iuſtiniani legibus derogant, nullas vires obtinent, niſi in his rebus de quibus antè nihil eſt conſtitutum; Circa quas etiam ſolùm auctoritatē doctrinalem ſibi vendicant, non legalem iuxta textum in *Conſtit.2. Proœmial. Cod. De Iuſtinian. Codic. Confirm.* §. *hunc igitur* verſic. *ſed ſolum* iuxta quod intellige tradita *ſuprà Part.2. §.1. ſect. 4. pag.33. & alibi.*

Viguitque hoc Ius Nouiſſimum ſeu Nouellarum vſque ad annum Chriſti 751. quo Rauenna ab Aſtulpho Rege Longobardorum capta eſt,

Digitized by Google

cùm priùs Imperatori Romano pareret, & ſic durauit hæc Iuriſprudentia Nouiſsima fere per annos 181. à quo tempore quaſi ſepulta remanſit inter Gothorum & Longobardorum deuaſtationes fere per annos 379. vſque ad tempus Lotarij 2. circa annum Chriſti 1130. qui operâ Irnerij ICti Iuſtinianæum Codicem velut è mortuis in lucem reſtituit, ſecundùm cuius leges ab eo tempore ad hodiernum diem Ius redditur in Patria quæ Iure ſcripto regitur *prout latiùs infra §. 6. dicetur.*

§us. IIIus
De Corpore Iuris Ciuilis Romanorum.

PROTHEORIA.

INitio V. C. Populus Romanus ſine lege viuebat, & Reges Regiâ manu cuncta regebant. Auctâ verò in aliquem modum ciuitate variis legibus, (ſecundùm varias ætates & ſtatum Reipublicæ) Ius redditum eſt, ac à variis collectoribus in diuerſos Codices, compilatum eſt.

Triplex communiter ſtatus aſſignatur. Primus eſt 7. Regum à Romulo ad Tarquinium per annos 244. 2us. ſtatus eſt liberæ Reipub. ſub Conſulibus & Tribunis per annos 485. 3us eſt ſtatus Monarchiæ à Lege Regiâ Auguſti ad Iuſtiniani Codicem per annos 552. **Triplex Status Iuris Ciuilis.**

Variarum autem compilationum ſeu partium Iuris ciuilis.. 1a. Fuit dicta Ius Papyrianum continens leges Regias. 2a. Leges 12. tabularũ. 3a. Ius Ciuile Prudentum. 4a. Ius Flauium. 5a. Ius Ælianum. 6a. Ius ex Plebiſcitis. 7a. Ius ex Senatuſcon- **Partes 9. Iuris Ciuilis Antiqui.**

ſultis. 8ª. Ius Prætorium & 9ª. Constitutiones Principum, è quibus omnibus partibus à Iuſtiniano ſelecta Iura, & in Pandectas ac Codicem ſuum operâ Triboniani congeſta, conſtituerunt Ius hodiernum Codicis Iuſtinianei, ita vt reliqua Senatuſconſulta, vel Prudentum reſponſa aut Prætorum edicta, vel conſtitutiones Principum; quæ in dicto Codice inſerta non ſunt, vim ſolum doctrinalem, inſtar *Interpretis* retineant, non legiſlatoris vt annotatum eſt *ſupra Part.* 2. §. 1. *pag.* 33. *& Part.* 3. §. 2. *pag.* 328.

Epochæ 9. huius chronologiæ. Nos maioris vtilitatis & perſpicaciæ gratiâ Chronologicam hanc Oeconomiam Iuris ciuilis in 8. capita diuidimus 1. nimirum ab V.C. ad Leges 12. tabul. 2. ab His ad Ius Prætorium. 3. à Iure Prætorio ad Legem Regiam Auguſti tempore latam. 4. à Lege Regiâ ad Edictum perpetuum tempore Adriani editum. 5. ab Hoc ad Iuſtiniani Codicem. 6. à Iuſtiniani Codice ad Ius Nouellarum. 7. ab His ad captam à Longobardis Rauennam. 8. ab Hac ad reſtitutum à Lotario 2. Iuſtinianæum Codicem 9. Exinde in hodiernũ diem, quod tribus §§. ſequentibus abſoluitur.

SECTIO I.

Progreſſus Iuris Ciuilis.

Ab V.C. ad Leges XII. Tabularum

ab Anno V.C. 1. ad Annum V.C. 304.

ab V. C. 1. Epocha V.C. IMprimis cum Romulus vrbem in 30. partes diuiſiſſet, & Curias appellaſſet, eo quòd per ſententias illarum partium curam Reipublicæ gererent, conuocatis Comitiis leges cu- Quid leges curiatæ. riatas tuliſſe dicitur, tulerunt & Numa, Seruius Tullus, aliique Reges, quorum vltimùs fuit

Tarquinius Superbus, quæ leges à Sexto Papyrio illarum Collectore, Ius Papyrianum, & à Regibus illarum authoribus, Ius Regium appellatæ ſunt *l. 2. ff. de Orig. Iur.* — Quid Ius Papyrianum

II. Expulſo Tarquinio circa annum V. C. 244. ſtatim Conſules Legem tulerunt de reſtituendis Seruij Tullij legibus, quas Tarquinius ſuperbus aboleuerat *teſte Halicarnaſſæo lib.* 5. Poſtmodum verò lege Tribunitiâ qua Tribunorum plebis poteſtas conſtituta eſt circa annum V. C. 267. Ius omne hoc Papyrianum abolitum eſt, vt probat *Cuiacius in leg. 2. § 3. ff de Orig. Iur.* Exinde Populus Romanus incertò iure, ſeu conſuetudine vixit ferè per 35. annos. Donec publicâ auctoritate placuit ad ſedandas Patriciorum plebiſque diſcordias Anno V. C. 300. vel 302. Legatos mittere in Græciam, qui Solonis aliaſque leges deſcriberent & in tabulas referrent. Sic Ius Regium dicitur viguiſſe ad legem Tribunitiam per annos 267. Exinde Ius conſuetudinarium per annos 37. vſque ad publicationem legum 12. tabularum anno V. C. 304. factam. *prout in ſectione ſequenti.* — Lex Tribunitia.

SECTIO II.

A Legibus XII. *Tabularum* ad Ius Prudentum.

Anno V. C. 304. ad Annum 650.

III. CVm Anno V. C. 300. miſſi fuiſſent Athenas & alias Lacædemoniorum ciuitates legati tres, qui Solonis aliaſque leges deſcriptas in tabulas referrent, his triennio poſt reuerſis adiecti ſunt alij ſeptem, legibus ſcribendis creati, qui in decem tabulas eboreas Ius Ro- — ab V. C. 304. 2a. Epocha à Legib. 12. Tabular.

manum coniecerunt anno V. C. 303. Sed cum iiſdem decem-viris data eſſet facultas illas legū decem tabulas emendandi vel interpretandi, factum eſt, vt anno ſequenti duas alias addiderint, Et ita leges 12. tabularum ſeu decemuirales dictæ fuerint, partim ex Græcorum legibus partim ex legibus Regiis & Patriis moribus compoſitæ, & pro roſtris poſitæ anno. V. C. 304. quas *Liuius lib.* 3. fontem omnis publici priuatique Iuris appellauit. Et hoc Ius 12. tabularū durauit vſque ad Iuriſprudentiam mediam ex interpretatione Prudentum à ratione legis inductam, circa an. 650. *Vt dictū eſt P.* 3. §. 2. *pag.* 326. & ſic viguit Ius hoc legum duodecim tabularum ferè per annos 346.

Quid leges decemuirales.

SECTIO III.

A Iure Prudētum, ad Legē Regiā tempore Auguſti latam.

Ab Anno V. C. 650.

Ad Annum V. C. 729. ſeu *ad Annum Ante Chriſtum* 23.

IV. CVm interpretatio Legum 12. tabularum ob nimium illarum rigorem deſideraret Prudentum Authoritatem, illorum diſputatio introduxit aliquod Ius ex mente ſeu ratione Legis elicitum, quod communi nomine, ex interpretatione Prudentum appellatum eſt, vnde Iuriſprudentia dicta eſt filia diſputationis *l.* 2. §. 3. verſic. *diſputatio ff. de Orig. Iur.* & media Iuriſprudentia dicta eſt, quod iunior ſit legibus 12. tabularum. Anterior verò Conſtitutionibus Principum vt annotatum eſt. *ſupra P.* 3. §. 2. *pag.* 326.

Ab V. C. 650. 3a epocha à Iurepruden-tum.

Iuriſprudentia filia diſputationis.

Hoc autem Ius Prudentū accepit initium circa

nnum V. C. 650. *Vt ſupra in §. 2. pag.* 326. Ex quo ure circa idem tempus legis actiones datæ ſunt ub certis formulis, quibus homines inter ſe diſceptarent, quarum omnium Legum interpretãdi icentia apud Collegium Pontificum erat, ex quibus conſtituebatur quis & quo anno præeſſet priuatis, hoc eſt, actiones & iudicia daret. Quâ cõſuetudine Populus fere per 79. annos vſus eſt.

Quid legis actiones.

Authoritas Collegij Põtificum.

Illas Actiones poſtea Appius Claudius ad formam redegit, & à Flauio eius ſcribâ, qui librũ ſubreptum populo tradidit, dictum eſt Ius ciuile Flauianum; Augeſcente autem Ciuitate cum Sextus Ælius poſt longum temporis ſpatium alias actiones compoſuiſſet Ius Ælianum appellatum eſt *l. 2 §. 5. & 6 ff. de Orig. Iur.*

Quid Ius Flauianum & Ælianum.

V. At cũ paulo poſt plebs in diſcordiá veniſſet cum Senatu, ſibi ipſi Iura conſtituit proponente Tribuno plebeio Magiſtratu, quæ plebiſcita dicta ſunt, & legis vim poſtea meruere, lata primùm lege Horatiâ, deinde Hortenſiâ, quibus cautum; vt iis Ciues omnes tenerentur.

Quid plebiſcita & lex hortenſia.

VI. Cùm poſtea difficile eſſet plebem conuocare, neceſſitas ipſa curam Reipubl. & Ius legis ferendæ ad Senatum Senatorio Magiſtratu proponente deduxit, cuius decreta dicta ſunt Senatuſconſulta. *§. Senatuſconſ. Inſt. de Iur. nat. gent.*

Quid Senatuſconſulta.

VII. Tandem ſub finem huius ætatis, occupatis circa bella Conſulibus, creati ſunt Prætores, alijque Magiſtratus, qui Iura redderent & edicta annua proponerent gratiâ adiuuandi vel emendandi aut ſupplendi Iuris, quod tunc ex legibus 12. tabularum, Iure ciuili Prudentum, & legum actionibus conſtabat, vt ſcirent Ciues; quod Ius, & de quâ re quiſque dicturus eſſet quolibet anno; Donec anno V. C. 686. Lege Corneliâ à Tribuno Plebis rogatâ ſancitum eſt, vt Prætores ex edictis

Quid Prætorum edicta.

ab V. C. 685.

Lex Corneli:

Origo edicti perpetui à L. Cornelia vel Offilio ICto.

perpetuis ius dicerent, ne ex contrariis Edictis Iura confunderentur, vnde Offilius ICtus Edictũ Prætoris primus compoſuit circa Auguſti initia dictumque eſt ab aliis Ius honorarium, & ab aliis Ius Prætorium & Ædile, & ſic hæc ætas Prudentum & Prætorum ſibi nomen Iuris Ciuilis ſpecialiùs vindicauit, quæ durauit vſque ad tempora Auguſti, quibus lata eſt lex Regia circa Annum V.C. 729. *Vt dictum eſt ſupra* §. 2. *pag.* 327.

SECTIO IV.

A Lege Regia ad Edictum Perpetuum tempore Adriani editum.

Ab Anno V. C. 729. ſeu Ante Chriſtum 23. *Ad Annum* 886. *ſeu Annum Chriſti* 134.

Ann. V. C. 729. Epocha à Lege Regia.

VIII. POſtquã ex Lege Regia tẽporibus Auguſti latâ An. V. C. 729. ſeu ante Chriſtũ 23. *ex Mancin. Cent.* 2. *cap.* 186. *& dictũ eſt ſup.* §. 2. *pag.* 327. Populus Romanus in Principem transtulit omnem Iuriſdictionem, ſiue Ius ferendæ legis. Conſtitutio Principis, authoritatẽ Iuris Prætorij, necnon Senatus ferè extinxit.

Princeps Dominus Iuriſdictionis nõ proprietatis rerum.

Sola enim authoritas ex poſt in Iure priuato cõſtituendo, eis relicta eſt: Ius autem Legis ferendæ orationibus in Senatu recitatis, vel ad Senatum miſſis, penes Principẽ reſedit, iuxta formã *in leg. humanum* 8. *Cod. de legib.* Circa quod obſerua ſolam Iuriſdictionem in Principẽ tranſlatã fuiſſe aduerſus Bulgarum, qui vel metu vel adulatione Imp. Federici I. Ænobarbi dixerat Principem eſſe dominum orbis, nedum quoad Iuriſdictionem ſed & quoad proprietatem bonorum contra *L. bene à Zenone & ibi DD. Cod. de Quadrienn. præſcript.* vt notat *Amaia obſeru. Iur. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 23.

Ne vero Reſponſa Prudentum extincta penitus viderentur, fuit ab Auguſto per populum impetrata licentia. vt ei qui ſtudiorum fiduciam haberet, liceret de Iure reſpondere, eorumque Reſponſa ſequi iudices tenerentur *l.* 2. §. *Maſurius ff de Orig. Iur.* Vnde in Iuriſprudentiâ duæ Iuriſcōſ. Sectæ ab Auguſto ad Marcum extitere, orto diſſidio inter Atheium Capitonem Offilij diſcipulum, & Antiſtium Labeonem Auditorem Trebatij; Quorum ille nempe Capito, iis quæ à prioribus tradita erant inhærens tenaciùs, Sabinum & Caſſium Sectatores habuit; Labeo verò ingenij fiduciâ, multa innouauit, & Sectatores Proculum ac Pegaſum habuit, quorum diſceptantes ſententias ICti poſt Antoninum Imp. componere tentarunt, & Iuſtinianus ipſe prolatis ad hoc deciſionibus 50. *Vt dicetur Infra* §. 4. *ſect.* 1. *pag.* 339.

Secta IC. Capitonis.

Secta IC. Labeonis.

Reuixit autem quodammodo Ius Prætorium, tempore Adriani Imperatoris Anno Imperij ſui 15. ſeu Chriſti 134. qui Prætorum edicta ad formam edicti perpetui titulis ſuis ordinati operâ Saluij Iuliani redigi curauit, & eidem, Imperiali authoritate, vim legalem communicauit, *vt dicetur ſect. ſequenti.*

SECTIO V.

Ab Edicto Perpetuo ſub Adriano Imp. ad Ius Nouum Codicis Iuſtinianæi.

Ab Anno Chr. 134. *ad Annum* 529. *alij* 531.

Ano. Chr. 134.

IX. SAluius Iulianus I.Ctus Mediolanenſis iuſſu Adriani Imperatoris anno Imperij 15. ſeu Chr. 134. omnia Prætorum & Ædiliū edicta in vnum librum coniecit, per titulos ordi-

9a Epocha ab Adriano ſeu Compoſit. edicti perpetui.

nauit,& edictum perpetuum nominauit; Ex quo Libro maior pars Legum Pandectarum elicita eſt, eiuſque ordinem ſecuta vt dicitur in *L.* 2. §. *ſed cum omnia Cod. de Veter. Iur. enucl.* & notauit *Gothofr. initio ſui Codicis.* Vbi ex fragmentis titulorum, edicti perpetui ſeriem repræſentauit.

...i condenſ... is legibus ...inceps de... ...et conſule... ...e peritiores ...Ctos.

Ex hoc tempore Ius reddi cœpit ſecundum hoc edictum perpetuum, & reſponſa Iuriſconſultorum, quorum conſilio Imperatores ipſi Iura dicebant, condebantque, quos in Aſſeſſores habere gloriabantur, Adrianus quippe Iulio celſo, & ſal. Iuliano vtebatur, Antoninus Pius eodem Iuliano & Iauoleno, Alexander Vlpiano & Modeſtino, & ſic de aliis. Vnde tunc temporis edicta Principum, Decreta, Reſcripta, Epiſtolæ & Deciſiones Imperatorum emanarunt, à Iuris regulis minimè alienæ, *teſtibus Sueton. in Auguſto. cap.* 35. *Lāprid. in Seuero Chaſſan ad Alexandri Conſtitut.* & Rebuff. *in Add. ad Reg. Cancell. in Proœm.* verſ. *Conſtitutiones,* & Cuiac. *lib.* 7. *obſ.* 2. quæ omnes communi conſtitutionis nomine appellatæ ſunt.

...nn. Chr. 272 ...odex Gre... ...orianus

X. Cum Cæſareæ Conſtitutiones in magnum numerum excreuiſſent, fuere primùm à Gregorio IC. circa ann. Chr. 272. compilatæ. Incip. ab Adriano Imp. creato ann. Chr. 119. ad Valerianũ & Galienum creatos anno Chr. 262. Imperatores qui Codex ideò dictus eſt à compilatore Gregorio IC^to Gregorianus priuatâ authoritate confectus de quo latiùs *ſupra P.* 2. §. 5. *pag.* 182.

Ann. Chr. 310 ...odex Her...mogenianus.

Succeſſit 2us Codex Hermogenianus priuatâ pariter authoritate collectus ab Hermogene IC^to continens omnes Claudij (qui cæpit imperare anno Chr. 272.) Aureliani, Probi, Cari, Carini, Diocletiani & Maximiani vſque ad Conſtantinum magnum (qui ab Anno Chr. 310. ad 343. imperauit.) Conſtitutiones.

Tandem

Digitized by Google

Tandem Theodoſius Iunior anno Chriſti 435. *ex Broeo.* vel Ann. 437. *ex Freimonio.* Codicem à ſuo nomine Theodoſianum edidit continentem Conſtitutiones Cæſarum à Conſtantino Magno ad ipſum Theodoſium Imperiali authoritate euulgatum, qui hodie mutilus extat, & authoritatem ſolùm doctrinalem retinet, ad deciſionem eorum de quibus à Iuſtinianæo Codice nihil cautum eſt; Illum iuſſu Alarici Gothorum Regis interpretatus eſt Anianus, eidemque Codici maximam authoritatem dederũt Alaricus, nec non Carolus Magnus vt in eius Capitulari Cod. de quo *latiùs P.* 2. §. 5. *pag.* 184.

Ann. Chr. 437 Codex Theodoſianus.

Et ſic hoc Ius Edicti perpetui, Codiciſque Theodoſiani durauit per annos ferè 395. ſcilicet ab Anno Chr. 134. ad Annum 529.

§us IVus.

Notitia Codicis Iuſtinianæi.

SECTIO I.

Ius Nouum Codicis à Iuſtiniano ad euulgatũ Librũ Nouellarũ.

Ab Anno Chr. 529. aliis 531. *ad Annum* 570.

XI. IVſtinianus Anno Chr. 527. aliis 529. Kalend. Aprilis ad Imperium euectus (Iuſtino adhuc viuente, licet menſe tantùm Auguſto, quo Iuſtinus mortuus eſt, ſolus imperârit, vt notat *Cuiacius lib.* 4. *Obſer.* 28.) Cogitauit de reſtituendâ Iuriſprudentiâ, redactis tribus Co-

dicibus, & conſtitutionibus ſuperuenis in vnum Codicem, 12 libris, 12 tabularum exemplo diuiſum, (Pandectæ enim & Inſtitutiones nondum confectæ erant) quod Triboniani operâ aliorumque Iuris Profeſſorum, impleuit; Inter quos non omittendus Thallelæus qui legum oculus Νομίκης Ο'φθαλμος appellatus eſt *teſte Carol. Fabrot. in Notit. Baſilicῶν.* Anno igitur 528. aliis 530. Idibus Februarij ſeu Imperij 2°. Iuſtinianus prioris editionis Codicem fieri iuſſit, latâ Conſtitutione Proœmiali *in l. 1. C. de Nouo Codice faciendo.*

Thalelæus C. legum oculus dictus.

Ann. Chr. 529 Epocha Codicis Iuſtinian. 1. editionis.

Anno 529. aliis 531. Imperij ſui 3. Idibus Aprilis euulgauit d. Codicis 1am editionem, promulgatâ ad hoc Conſtitutione *in l. 1. C. de Iuſtin. Codice confirm..* & ſic 1a. Codicis editio continens ſolas Principum Conſtitutiones ex tribus prioribus Codicibus collectas præceſſit 1am Digeſtorum & Inſtitutionum editionem triennio *vt Infra dicetur.*

Anno 530. aliis 532. Imperij ſui 4. & menſe Decembri Idem Iuſtinianus, Veterum Iuriſconſultorum libros, qui in eum numerum excreuerant, vt duo librorum millia & pluſquam tricies centena verſuum millia numerarentur teſte Imp. in *l. 2. §. ſed cum omnia Codic. de Veter. Iur. enucl.* in vnum librum, Triboniani operâ, redigi, & Pandectas ſeu Digeſta nuncupari mandauit, editâ ſuper hoc Conſtitutione de Conceptione Digeſtorum in *l. 1. Cod. de veter. Iur. enucleand.* ac effecit, vt Prætorum edicta, Prudentum Reſponſa & Senatuſconſulta dd. Pandectis inſerta vim conſtitutionis Imperialis obtineant, ab Imperiali authoritate, quæ opus illud approbauit vt dicitur *in l. 1. § omnia Cod. de Veter. Iur. enucl.*

3000000.

Anno 533. aliis 535. Imperij ſui 7. menſe No-

uembris, Institutionũ libros 4. ex antiquis Caij, Vlpiani, aliorumque Iuriſconſultorum Inſtitutionibus à Triboniano, Theophilo aliiſque collectos, euulgauit. Sequenti autem menſe Decembri librum Digeſtorum antea compoſitum confirmauit, Et ſic Iuſtinianus prius Inſtitutiones quàm Digeſta euulgauit ſeu confirmauit *teſte Cuiacio in Prooem. Inſtitut.*

Ann Chr. 533. Nouembri Inſtitutiones

Ann. Chr. 533 Decembri Pandectæ.

Anno 534. aliis 536. Iuſtinianus primam illam Codicis Inſtitutionum & Digeſtorum editionem emendauit, ac priori abrogatâ inſeruit in 2ª ſuperuentas Conſtitutiones à ſe factas, nec non Deciſiones 50. ſub titulis conuenientibus aptatas, ſeu Conſtitutiones ad decidendum veterum Iuriſconſultorum diſſentientium ſententias, de quibus *in Conſtitut.* 3. *Procem. Cod.* §. *poſtea verò* nouumque hunc Codicem in meliorem formam redactum à ſuo nomine Iuſtinianæum appellauit, editâ Conſtitutione 3. Procemial. *ſeu l.* 1. *C. de Emendat. Codicis D. Iuſtiniani & 2. illius editione*, eumque ſolum, legis authoritatem habere prioribus codicibus abrogatis ordinauit, vt cautum eſt *in l.* 1. *&* 2. *Cod. de Veter. Iur. enucl.*

Ann. Chr. 534 6. Epocha à Codice 2æ. editionis.

Dec ſione 50. Iuſtinian

In quo nouo Codice Iuſtinianæo continentur. 1º Inſtitutionum libri IV. 2º Digeſtorum libr. L. & 3. Codicis libri. XII. ad differẽtiã Codic. Iuſtiniani, qui de ſolis libris 12. continentibus ſolas Impp. ab Adriano ad Iuſtinianum conſtitutiones prędicatur, vt annotatũ eſt *ſupra Part.* 2. §. 1. *pag.* 27.

XII, Ab eo tempore ſecundùm hoc Ius nouum ſeu Iuſtinianæum Ius reddi cœptum eſt in Oriente ſolùm, vbi Iuſtinianus reſidebat; Ita vt Ius hoc in vſu quotidiano poſitum nullo tunc commentario egeret, obſeruatâ iure meritò Iuſtiniani conſtitutione commentariorum prohibitiuâ *in l.* 2. *C. de vet. Iur. enucl.* vt notat *Cuia-*

Conſtitut o commentariorum prohibitiua.

cius in Proemio Paratitl. Digeſtor.

Codex Iuſtinian. Græcè traductus.

Profeſſores tamen ſeu Anteceſſores Academiæ Bizantinæ & Beryti Aſiæ ciuitatis (quæ terræ motu poſtea abſorpta eſt) Ius ciuile Iuſtiniani Græcis verbis exponebant, vt notauit *Ioannes Cambolaſius in Præfatione ad Arreſta Senatus Tholoſani Tit. Quom. Ius Rom. ad nos peruen.* Et Iuſtinianæo Codice in linguam Græcam κατὰ πόδας ſeu de verbo ad verbum traducto vtebantur. Auctor verò huius traductionis vocabatur per antonomaſiam Παλαιός ſeu Antiquus Interpres, qui creditur fuiſſe Stephanus, ſi de Pandectis, vel Thallelæus ſi de Codice agatur, *teſte Suareſio in Notitia Baſilic.* Hinc Theophilus Anteceſſor, Iunior tamen eo, cuius operâ Tribonianus in compilandis Inſtitutionibus vſus eſt, nobis elegantem Iuſtiniani Inſtitutionum paraphraſim græco ſermone conſcriptam reliquit.

Codex Iuſtinian. nunquã in Occidente receptus tempore Iuſtiniani.

In Occidente verò ſeu Romæ ac Italiæ Dominio, nunquam viuente Iuſtiniano Ius, hoc 2æ. Editionis Codicis authoritatem habuit, exceptis Illyrico & Rauennæ dominio, quod ſemper Imperatori Orientis ex tolerantia Gothorum & Longobardorum paruit, *vt notat Accurſ. in Rubrica ſolut. matrimon.* Quò enim tempore Iuſtinianus nouum Codicem edidit, iam à 60. fere annis Italia à Gothis occupata, viuebat eorum legibus, quas adhuc per 34. annos poſt hanc Iuſtinianæi Codicis editionem retinuit; Donec Longobardi pulſis Gothis, paulatim leges ſuas induxerunt, vt infra dicetur §. 4. *Nu.* 15. *pag.* 345.

Et ſic Ius hoc nouũ Codicis 1æ editionis viguiſſe licitur in Orientis Imperio & Ciuitatibus Italicis tunc eidem ſubiectis ab anno 519. vſque ad annũ 570. quo per euulgationẽ libri Nouellarũ introductum eſt Ius nouiſſimum ſeu Authenticorum

Digitized by Google

de quo infra in ſequenti ſectione, per Annos 41. Ius verò Codicis repetitæ prælectionis per annos 36. ductâ epochâ ab ann. 534.

SECTIO II.

Ius Nouiſſimum Codicis.

Ab euulgato Lib. Nouellarũ, *Ad Captam Rauennã in Occ.* & ſuffectum in Oriente *Codicem Baſilicum*

Ab Anno Chriſti 570. *ad Annum* 751. *in Occ. & Annum* 886. *in Orient.*

XIII. POſt hanc Iuſtinianæi Codicis 2am editionem Idem Iuſtinianus ab anno Chriſti 535. aliis 537. Kalend. Ianuar. ſeu Imperij ſui 9°. vſque ad annum imperij ſui 33. ſeu anno Chriſti 559. edidit *Nouellam* 1. *de hæredib. & Falcidia* aliaſque plures vltra numerum 168. ferè omnes Græco ſermone conſcriptas, nondum tamen in vnum corpus redactas, ſed paſſim & ſeparatim vagantes vulgo dictas Νεαρὰς Latinè *Nouellas*, quarum tempora quibus ſucceſſiue editæ ſunt retulit *Gothofred.* in calce Codicis ſui *ab Ant. Contio* deprompta. Quid Nouellæ & quo anno ſingulæ ſint editæ.

Tandem poſt annum 557. vt coniectatur *Caccialupus tract. de compilat. iur. Ciuil. fol.* 464. Sed veriùs poſt annum 564. aliis 566. quo Iuſtinianus obiit Imperij ſui 38. cum 8. menſibus, omnes illæ Iuſtiniani Nouellæ ſeparatim editæ in vnum volumen redactæ ſunt, nullis quidem titulis diſtin- Ann. Chr. 566. Obitus Iuſtinian.

Græca Nouellarum compilatio.

ctæ, ſed in capitula diuiſæ, vt probat Gregorij locus (qui 30. annis à Iuſtiniano ſcripſit) relatus *in ca. de perſona* 38. 11ª *qu.* 1. Ant. *Cont. in Præfat. ad Nouell.* & ſola numerorum ſerie iuxta ordinem annorum, quibus vnius editio aliam præceſſit, ordinatæ *ex ca. de illicita* 24. *qu.* 3. & in latinum ſermonem κατὰ πόδας hoc eſt de verbo ad verbum, à peritiſſimo (*vt iuſtè Cuiacius ait*) linguæ Græcæ authore Anonymo traductæ, & dictæ liber Nouellarum, qui euulgatus eſt circa annum Chriſti 570. Imperante Iuſtino 2°. vt ait Iacob. *Gothofr.* Dyoniſij filius, vel Ann. 577. *ex Broæo.* Nam *Gregorius* 1ᵘˢ Pontifex max. qui 30. annis poſt Iuſtinianum ſcripſit, allegat hunc librum Nouellarum Authenticorum κατὰ πόδας latinè traductarum *in can. de perſona* 38. 11ª. *qu.* 1. & in *Decretalib. cap.* 1. *extr. de teſtibus* recitat *Nouellam* 70. *de teſtib.* Eumdem allegauit D. Iſidorus Gregorio 1°. Coætaneus *libro canonum Eccleſiaſticorum* vbi recitat Nouell. 42. de Depoſit. Anthymi. & in Concilio Pariſienſi tempore D. Ludouici hoc nomine 9ⁱ relato *in ca de illicita* 60. 24ª *qu.* 3. allegatur ipſa *Nouell.* 123. vt latius enarrat *Antonius Contius in Præfat. ad Nouell.*

Prima Nouellarum Latina verſio.

Ann. chr. 570. apocha Libri authenticorũ Nouellarum.

Vetus Latina Nouellarum verſio plenior modernis.

Hæcq; vetus Nouellarum Latina verſio multis in locis plenior ac integrior eſt aliis Græcis, Haloandri, Agylæi, aut Scringeri editionibus, *teſte Io. Leunclauio in Notis ad Paratitl. Author. Græc. lib.* 2. *not.* 244. verſ. *nam multis in locis eſt plenior fol.* 365. Nec arguenda eſt improprietatis, quod aliquibus in locis barbara videatur, cum traductio vnius in aliam linguam de verbo ad verbum & κατὰ πόδας vt Iuſtiniani lex alligabat, ſit ferè impoſſibilis ſinè aliquâ improprietatis notâ *teſte D. Auguſt. relato à Mornac. in l.* 2. *Cod. de veter. Iure enucleando.* Sed quòd ſummum

eſt, illa ſola poſtmodum in collationes 9. diuiſa, & iuxta ſeriem Germanicæ editionis ordinata, reiectis Nouel. in eâ non inſertis, legalē authoritatem obtinet. *vt ſæpiùs dixi. P.2. §.1. & 4. pag.* 33. 129. 149. 166. & *P.3. §.6. Nu.21 pag.* 361. ac exinde ſibi nomen *authenticorum* Iure vendicauit *ex Alciato infra relato.*

Ann. Chr. 571.

Epitome Nouellarum Iuliani.

XIV. Iiſdem ferè temporibus nempè circa Ann. Chr. 571. editâ iam illa Nouellarum κατὰ πόδας verſione; Iulianus, non quidem ille Author edicti perpetui & ICtus Mediolanenſis qui Adriani tēpore vixit an. Chr. 134 *vt ſupra pag.* 335.

Sed Anteceſſor Conſtantinopolitanus, qui tempore Iuſtini 2. Tiberij 2. & Mauricij floruit ab ann. 566. ad 584. Hic inquam Librum illum Grecarum Nouellarum κατὰ πόδας ab Anonymo Latinè traductum reſectis præfationibus & aliis ſuperfluis in compendioſiorem & elegantiorem formam latino pariter ſermone redegit, quæ Iuliani traductio dicta eſt *Liber* Nouellarum Iuliani, vel *Epitome* Iuliani, ad differentiam prioris traductionis, quę dicta eſt Authentica tanquam de verbo ad verbum, & κατὰ πόδας tranſlata, eò quod Iuſtinianus *in l. 1. & 2. Cod. de veter. Iur. enucleand.* prohibuiſſet omnem aliam præter κατὰ πόδας tranſlationem, vt notarunt *Alciatus, Contius, & Cuiacius, relati à Iul. Pacio in Prolego. ad Inſtitutiones* de quo latiùs *ſupra P. 2. §. 1. pag.* 29. & 31.

Cur 1. Latina verſio dicta ſit Authentica.

Viguit autem hoc ius Nouiſſimum ſeu Nouellarum (ſecundùm quod ius redditum eſt in Italię exarchatu *de quo ſect. ſeq. pag.* 345.) à d. Anno 570. ad annum 751. quô Rauenna ab Aſtulpho Longobardorum Rege capta eſt, cùm priùs Imperatori Romano (qui tunc in Oriente reſidebat) pareret, & ſic per annos 81. In Oriente autem vſ-

que ad Annum Chr. 885. quô à Leone 6. vel ad Annum Chr. 910. quò à Conſtantino 8. Baſilij nepote editus eſt Codex Baſilicus repetitæ prælectionis (de quo *Infra* §. 4. nu. 17. *pag*. 347. *&* §. 5. *n*. 18. *pag*. 349.) viguit per ann. 340.

Quomodo autem d. Liber Nouellarum Authenticus in Collationes IX. diuiſus fuerit & Authentici nomen aſſumpſerit priori abrogato exponitur *Infra* §. 6. *& indicatum eſt ſupra P*. 2. §. 1. *&* 4. *pag*. 29. *&* 129.

SECTIO III.

Funera Codicis Iuſtinianæi in Occid. à Captâ Rauennâ, *& in Or. à Baſilico Codice* ad Lotharium 2.

Ab Anno Chriſti 751. *in Occ &* 886. *in Or. ad Annum Chriſti* 1130.

Tempus quô viguit Codex Iuſtiniani.

XV. POſt naſcentis Iuriſprudentiæ Romanæ cunabula & progreſſum *præcedentibus ſectionibus* expoſita, ſeneſcentem & inter Gothorum ac Longobardorum bella ſepultam, deperditamque iuuat repræſentare.

Hic Iuſtinianæus Codex repetitæ prælectionis in Oriente, ſeu Græciâ, (vbi Iuſtinianus ſedebat) publicatus anno Chr. 534. alijs 535. viguit vſque ad annum Chr. 886, quò in locum illius ſuffectus eſt Codex Baſilicus 1æ editionis, vel ad ann. 910. quo prodiit expurgatior 2a eiuſdem editio in compendioſiorem formam redacta, *de quibus inf*. §. *ſequenti Nu*. 18. *&* 19. *pag*. 348. *&* 352.

In Occidente autem nunquam fuit idem Iuſtiniani Codex publicatus, pręterquā in Illyrico & Rauennę Dominio, quę ſolùm Imperatori Orientis parêbant; Reliquis Italiæ ciuitatibus per Gothos, Vandalos, alioſque occupatis ſupra 60. annos ante d. Codicis editionem, nempe ab ann. Chr. 402. quò Gothi primùm Italiam ingreſſi, vel ann. 457. quò Roma à Vandalis direptâ teſte ipſo Iuſtiniano *in l. 1. Cod. de Offic. Præf. prætor Afric.* vel ab ann. 476. quo Odoacer Herulorum Rex in Italiam euocàtus à Iulio Nepote in Imperatorem deſignato inuadit Italiam ſuppreſſo Occidentis Imperij nomine.

Codex Iuſtiniani numquam in occidente publicatus.

Irruptiones Gothorum & Longobardorum ante & poſt Iuſtianum.

Poſt quę ab ann. Chr. 568. ſecutis Longobardorum irruptionibus vſque ad ann. 774. effectum eſt, vt tota ferè Italia partim à Gothis partim à Vandalis & Longobardis per id tempus deuaſtata, aliud præter conſuetudinarium aut Longobardicum Ius non admiſerit, nec ex alio quam Theodoſiano aut Caroli Magni capitulari Codice Ius dixerit, *vt Infra Nu. 16. pag. ſeq. latius exponitur.*

XV. Itaque dum Narſes in locum Belliſarij ſuffectus ann. Chr. 553. à Iuſtiniano Italiæ præficitur aduerſus Gothorum inuaſiones & irritatur calumniis poſt Iuſtiniani mortem, ann. 566. per inuidiam excitatis; Euocat Alboinum Longobardorum regem, in cuius poteſtatem tota ferè Italia deuenit anno Chr. 568. Interim Narſeti ſufficitur Fl. Longinus Patricius, qui ann. 569. à Iuſtino 2. Iuſtiniani ſucceſſore ſub titulo Exarchatus & nomine Imp. Orientis obtinuit adminiſtrationem dominij Rauennæ aliarumque Italiæ ciuitatum nondum à Longobardis occupatarum, quē ſecuti ſunt alij 15. Exarchi, quorum vltimus ante captam Rauennam fuit Paulus Patricius, ann. 725. creatus, & poſt captam, Euti-

Ann. Chr. 569. 1. Italiæ Exarchatus.

chius. ann. 757. in ordine 16us. *ex Fremonio & Marqu. Frehero.*

Ann. Chr. 751. Funera Codicis Iuſtiniani in Italiâ. Seu 3. Epocha à captâ Rauennâ.

XVI. Tandem Ann. Chr. 751. captâ ab Aſtulpho Longobardorum Rege Rauennâ eiuſq; Dominio, extinguitur in Occidente Romana Iuriſprudentia, extinctis ibidem Imperij Romani reliquiis, Nec amplius Codicis Iuſtinianæi legibus Ius reddi licuit, ſed ſolis Longobardorum (iiſque poſtea deuictis) Francorum Legibus ac Theodoſiano Codice, Alarici & Caroli magni conſtitutione confirmato, *vt ſupra P. 2. §. 5. pag.* 184. *& P. 3. §. 3. pag.* 337. De quo Iure Longobardico ſeu Capitulari Codice Caroli Magni meminit Gratian. *in ca. volumus 11. qu. 1. & Gregor. in cap. venerabili extr. de elect. latè Aluarot. in Prælud. feud.* & Boer. *in Praef. ad Leges Longobard.*

Siquidem ab ann. Chr. 568. Longobardi per 206. annos Italiâ potiti ſunt ſub 23. illorum Regibus, quorum 1us. fuit Alboinus Andoini filius, vltimus Deſiderius, qui à Carolo Magno Francorum Rege ann. Chr. 774. Italiâ pulſus eſt, & cum eo cæteræ Gothorum & Longobardorum reliquiæ victricibus Francorum armis deletæ, à quo tempore Carolus Magnus, Occidentis Germanorum Imperator declaratus eſt Iure belli ab ann. Chr. 774. & ſumma Pontificis conſecratione ann. Chr. 800. ac tranſactione cum Imperatoribus Orientis Nicephoro & Baſilio ann. 802. poſitis vtriuſque Imperij Orientis & Occidentis limitibus, eâ conditione vt Bizantini & Germani Imperatores Diui Fratres appellarentur. Tandem hoc Orientis Imperium Chriſtianis ereptum eſt anno Chriſti 1452. Conſtantino Palæologo vltimo Orientis Imperatore cæſo. *Vt infra dicetur §. 5. Nu. 19. pag.* 353.

Ann. chr. 774. Carolus magnus I. Imp. Occidentis creatus.

XVII. Interea dum in Orientem relegatur Ius

Codicis Iuſtinianæi, & in Occidente ſolis Longobardorum ſeu Francorum legibus aut conſuetudinibus viuitur, compilatus eſt circa annum Chr. 775. indigeſtâ adhuc mole, Liber Feudorum, ſolis illorum ac Mediolanenſium conſuetudinibus compactus, qui temporis progreſſu vim iuris ſcripti obtinuit vt *ſupra P. 2. §. 1. pag. 36. & exponitur Infra §. 6. Nu. 28. pag. 366.* Ann. chr. 775. 1. Lib. Feudorum compilatio.

Quò factum eſt, vt ad ann. Chr. 751. in Italia ſeu occidente & ab anno Chr. 886. Vel 910. in Græciâ ſeu Oriente, iure Codicis Iuſtinianæi in deſuetudinem tranſacto, ob ſuffectos Alarici & Caroli magni aliorumue Codices aut conſuetudines in Occidente, & ſuffectum in Oriente Codicem Baſilicum, omnia Iuſtinianæi Codicis exemplaria, quæ MSS. erant (typices arte in orbem Romanum ſeu Europam nondùm introducta) facilè perierint, & cum illis ſepulta Iuſtiniani Iuriſprudentia. O Lugenda Iuſtinianæi Codicis fata! Iuſtiniani non minùs quam Triboniani perenni gloriæ inuida! Adeo verum eſt, nihil hoc in orbe perpetuò ſtare poſſe, dum natura ſemper nouas edere formas deproperat vt dicebat ipſe Iuſtinianus in *l. 2. §. ſed quia diuinæ res Cod. de Vet. Iur. enucl.* Anno Ch 886. Funera Codicis Iuſtinianæi in Græciâ.

Et ſic à die 2ª. Editionis Cod. Iuſtinian. ad Codicem Baſilicum 2ª. edit. ſeu ab Ann. Chr. 536. ad 910. viguit Iuſtinianæus codex in Græciâ per annos 374. in Italia verò ſeu Italico Rauennæ Dominio ab Ann. Chr. 536. ad 751. per annos 215. ſepultaque ab eo tempore remanſit in Græciâ per annos 220. & in Italiâ per annos 379. Donec nimirum anno 1130. Imperiali Lotharij 2. authoritate luci redditus eſt, ab Irnerio Germano ac Bononienſi Anteceſſore, & exinde ſublata omnis authoritas legalis tùm Codici Baſilico, tum Ann. Chr 1130. Lotharius codicis Iuſtiniani reſtitutor.

Theodoſiano qui ſolum doctrinalem retinuerunt *vt dixi ſupra P. 2. §. 1. & 4. pag. 33. 65. 148. 179.* & 188. ac Infra *P. 3. §. 6. nu. 23. pag. 363.*

§. Vus.

Notitia Codicis Βασιλικῶν.

SECTIO I.

Prima Baſilici Codicis Editio à Baſilio ad Conſtantinum Porphyrogenitum.

Ab Anno Chriſti 870. *ad Annum* 910.

Ann. Chr. 870. Baſilicus Codex, quaſi Iuſtinianæi Epitome.

XVIII. DVm poſt captam anno 751. à Longobardis Rauennam, mutatione Domini ac Iuris Romani deſuetudine, periit in Occidente Iuſtinianeus Codex *vt dictum eſt ſupra §. 4. pag.* 346. cœpit etiam in Oriente paulatim negligi Idem Codex Iuſtinianæus, qui tunc temporis de latino in Græcum ſermonem κατὰ πόδας translatus in vſu erat *vt dixi pag.* 340. tum ob molem illius complectentis leges codicis, Pandectarum Inſtitutionum & Nouellarum: tùm ob bellicas occupationes aduerſus Gothos, aliosque Romani Imperii æmulos, qui Romano cum Imperio leges & linguam Romanam extinguere nitebantur *teſte Marquard. Freher. Epiſt. liminari ad Rodulph. to. 1. Iuris-Græco Roman.* Ideo circa annum Chr. 870. Baſilius Macedo Orientis Imperator ſuum Codicem quaſi Iuſtinianæi Codicis Epito-

mem

mem edidit, quem à ſuo nomine Baſilicum nuncupauit, continentem leges Iuſtinianæi Codicis Græco ſermone in breuiorem formam redactas, eô ordine, vt leges Pandectarum præcederent, illæ Codicis ſequerentur, mox aliæ ex Inſtitutionibus & Nouellis de eâdem materiâ conceptæ, vt probat Epigraphe Eclogæ ſeu Prochyri parui *ſupra P. 2. §. 5. pag.* 188.

In libros verò ſolum 40. diuiſit, vt declarant ipſi Baſilius, Leo & Alexander Impp. *in Præfat. Epanagoges ſeu Prochyri* Incipien. τὸ Ἀξίωμα *illorum nomine inſcripti*; Cuius MS. extat in Vaticanâ CC. Palatin. N*u*. 223. de quô latius *Infra Nu.* 20. *pag.* 357. Et patet dum Leo poſtmodum filius Baſilij, opus à Patre inchoatum dicitur perfeciſſe; vt *ex Cedreno* notarunt *Suareſius in Notitiâ Baſilicῶν.* Ant. *Auguſtin. Libr. de Propr. nominib.* & Car. *Fabrot. in Epiſt. limin. Cod. Baſil. ad Cancellar.* quippe qui illud poſtea ad 60. libros auxerit, & Καθαρὸν nuncuparit *vt Inf. pag.* 350. Huic coniecturæ vires addit reductio 40. Librorum Baſilij, in Epitomem 40. titulis conflatam, vt enarrat *ſupra citata* Præfatio Epanagoges Incip. τὸ Ἀξίωμα *Nu.* 223.

Prochyron maius eu Codex Baſilij ſolùm libros 40. habuit.

Quare cedat veritati neceſſe eſt credulitas excuſanda *Cuiacij*, Freheri, *Agylæi*, Gothofredi Aliorumue, mox Baſilij Codicem cum eius Prochyro ſeu Epitome tit. 40. mox cum Prochyro Harmenopuli Ἑξαβίβλου (hoc eſt Libris 6. titulis verò 60. compoſito) confuderunt; Illi libros 60. & huic ſeu Prochyro Baſilij mox titulos 60. mox 40. tribuerunt; quippe quibus vel defuit otium, vel copia legendi accuratiùs, tum Vaticanæ tum Regiæ Bibl. MSS. Cod. vt mirum non ſit, ſi æquiuocatione nominum in errores prolapſi, totam ferè Βασιλικῶν notitiam contur-

Confuſa ex diuerſitate nominũ *Baſilicon* Notitia.

Digitized by Google

barint; quod ipſe naris emunctiſſimæ *Cuiacius* olfecit *lib.* 18. *obſ.* 36. *&* 37. & Gothofr. *Præfat. ad Nouell. Leon.* vt *Infra nu.* 20. *pag.* 357.

is Author odicis Baſili-, & vnde di- us.

Quod autem hic Baſilius Macedo fuerit 1us. huius Codicis Author, in dubium reuocari nequit ab eo, qui *Vaticanæ ac Regiæ Bibl.* Græca MSS. nomen ac titulum Baſilij præferentia, diligenter inſpexerit; & probat ipſa Leonis Nouella 71. in quâ libros Baſilicῶν Baſilio Patri ſuo tribuit, Nec non Inſctiptio dæ *Epanagoges*, ac Præfatio, in quâ diſertè Leo & Alexander Conſtantini 8. patruus & tutor agnoſcunt dum. Baſilium in Baſilicῶν authorem; Quibus applaudunt *Gothofr. in Præf. ad Nou. Leon.* Cuiac. *lib.* 17. *obſ.* 31. Freher. *in Chronol. Aliique.* Quare veriſſimilius eſt ipſum Baſilici Codicis nomen potiùs à Baſilio primigenio eius authore traxiſſe originem, (ſicut Theodoſianus à Theodoſio *ca. fuerunt diſt.* 7. & Iuſtinianæus à Iuſtiniano *l.* 1. *C. de Iuſtin. Cod. confir.*) quàm à Baſilicâ ſeu Imperiali conſtitutione cæteris legibus communi *vt oſcitanter protulit Leunclau. in Præfat. ad ſynopſ. Baſilic.*

Prochyron paruum Baſilij.

Poſtmodùm ex iiſdem lib. 40. d. Cod. expurgatis Idem Baſilius Imp. Epitomē confecit 40. titulis diuiſam, quā Πρόχειρον *Baſilicῶν*, hoc eſt Manuale, & Promptuarium Notitiæ Codicis Baſilici deſeruiens, appellauit, *ex Harmenop. in Præfat. ſui Prochyri*, & fatetur ipſe Baſilius *in laudatâ ſupra Præfat.* τὸ ἀ'ξίωμα *ad Epanagogem*, vt infra *Nu.* 20. *pag.* 357.

An. Chr. 886 Codex Baſilicus ad 60. libros auctos.

Tandem circa Ann. Chr. 886. Leo VI. dictus Philoſophus Baſilio patri ſuccedens, Baſilicum opus in meliorem formam redegit, libris 60. diuiſit, Ἑξηκοντάβιβλον inſcripſit, & Καθαρσιν, id eſt expurgationem appellauit *Cuiac. lib.* 6. *obſ.* 9. vſus

Digitized by Google

in hoc opera Sabatij Protoſpatharij IC. ex *Ant. Auguſt. Libr. de propr. nominib.*

Plures ex poſt Epitomas ſeu ſynopſes edidit, quarum aliæ breuiores ſolis regulis ac definitionibus conſtantes ad faciliorem Codicis Baſilici intelligentiam, *teſte Marqu. Freher. in Chronol. Leon.* 5. quibus ſimilis eſt Ecloga titulorum 28. à *Leunclauio to.* 2. *Iuris Greco-Romani Latinè data fol.* 79. ac Eclogæ tres deſcriptæ *Infra pag.* 358. Aliæ verò maiores inſtar Inſtitutionum ad Baſilica *ex Ant. Auguſt. in Notis ad Nouell.* Et demũ editus eſt Index magnus Νομικῶν κατὰ στοιχεῖον ſeu Ius Alphabeticum, ad differentiam τοῦ Μικροῦ κατὰ στοιχεῖον, de quibus ſingulis *Infrà Num.* 20. *pag.* 358. Synopſes Leonis variæ.

Idem Leo Imp. Nouellas plures edidit, quæ communiter cum MSS. *Baſilicωn* circumferuntur, & in Codice *Gothofredico* latinè traductæ leguntur, Legalem tamen authoritatem non habent *vt dictum eſt ſupra P.* 2. §. 1. *pag.* 33. Nouellæ Leonis.

Sub eodem Leone Imp. vixit Photius Conſtantinopolitanus Patriarcha & S. Sedi Apoſtolicæ Infenſus, qui Canones Apoſtolorum numquam ab Eccleſiâ Romanâ (quæ cæterarum eſt caput ac magiſtra *c.* 1. *&* 2. *diſt.* 22. *cap. damnamus extr. de ſum Trin. & fid. Cathol.*) receptos, & pluribus apocryphis admixtis fœdatos edidit. *vt infrà* §. 7. *ſect.* 7. Item compoſuit Nomocanonem, ſeu Canonum & legum conciliationem *teſte Frehero in Chronol. an.* 877. Vtrumque Theodorus Balſamon Antiochenus Patriarcha interpretatus eſt, qui vixit tempore Iſaaci Angeli Imp. Orient. ann. Chr. 1185. *Vt infrà pag.* 353. Photij Canones.

Digitized by Google

SECTIO II.

Secunda Baſilici Codicis Editio. à Conſtant. 8. Porphyrogenito, ad Lotharium 2um Imp. Occ.

Ab Anno Chr. 910. ad Annum 1130.

XIX. Constantinus 8us dictus Porphyrogenitus, vel Porphyrogenita, Baſilij Nepos & Leonis filius, ſeu Alexander eius tutor ac Patruus, *de quo infra pag.* 356. circa Ann. Chr. 910. Baſilicum Codicem in 60. libros à Leone editum, eodemque Græco ſermone conſcriptum correctis quibuſdam *Digeſtorum* Legibus (teſte Cambolaſſio *Præfat. ad Arreſt. Senat. Toloſ. de Progr. Iur. Rom. §. ſciendum*) reformauit, in ſex tomos diuiſit, libris 60. diſtinxit, Εξηκονταβίβλον nomen reliquit, ſed Ανακάθαρσιν hoc eſt repurgationem, quaſi repetitæ prælectionis Codicem nominauit. Cuius Libros aliquot in latinam linguam tranſtulit *Gentianus Hernetus*, Sexageſimum *Cuiacius*, Reliquos *Carolus Annibal Fabrotus* qui Græco-latinum, ad *Regiæ Bibl.* MS. exemplar, integrũ edidit Pariſiis ann. 1647. in vſu hodierno poſitum, inſtar Inſignioris Iuſtinianæarum legum Interpretis, non vt Legiſlatoris, *ex Notatis ſupra* P. 2. §. 1. & 5. *pag.* 33. & 189.

Anno Chr. 910. a. Baſilici Codicis libro 60. editio repetitæ Prælectionis.

Quomodo verò concordent Baſilici Codicis tituli, cum titulis Cod. Iuſtinianæi, Series ipſa Rubricarum Baſilici Codicis *ſupra P.* 2. §. 5. *pag.* 190. necnon Index concordantiæ vtriuſque Codicis in limine *Editionis Fabroti* præfixus Αὐτοψεί demonſtrant.

Eclogas etiam, Synopſes, Epanagogas, Ench-

ridia, aut Prochyra priùs à Baſilio vel Leone edita recenſuit idem Conſtantinus ſeu illius nomine Alexander eiuſdem tutor, immutatis etiam illorum præfationibus, ac inſcriptionibus *vt Infra dicetur Num* 20. *pag*. 355.

Nouellæ quoque plures ab hoc Conſtantino eiuſque Succeſſoribus ſuperuenere, Baſilicis ideo poſteriores; quæ libris Baſilicῶν, vel Prochyrῶν MSS[is] CC. annexæ circumferuntur, neque maiorem ſibi vendicant authoritatem, quam ipſę Leonis 6[i] Nouellæ *vt dixi P*. 1. §. 1. *pag*. 33. *& P*. 3. § 5. *pag*. 351. Nouellæ Conſtantini Porphyrogeniti.

Ex iiſdem, à Conſtantino Leonis filio, reformatis Baſilicis, Balſamon Photij Interpres Nomocanonem ſuum excerpſit. circa ann. Chr. 1190. Cui canones admiſcuit, & in 14. libros diuiſit tempore Iſaaci Angeli Imp. Or. *vt obſeruant Freherus Broæus & Cambolaſſius loc. infrà citandis*. Balſamonis Nomocanon.

Durauit verò hæc Baſilica, ſeu Græca Iuriſprudentia à Baſilio Macedone Ann. Chr. 867. Vel à Leone 6. Ann. 886. ſeu veriùs à Conſtantino 8. circa Ann. 910. ad Conſtantinum 13[um] Palæologum vltimum Orientis Imperatorem Ann. Chr. 1452. quò Palæologo eiuſque liberis à Mahomete Othomanno cæſis, captáque Conſtantinopoli, & Corintho in ſuam ditionem redactâ, ſimul cum Imperio extincta eſt Græcorum ſeu Baſilici Codicis Iuriſprudentia, quæ à Conſtantino 8. Porphyrogenito deducta periodum 535. annorum impleuit. Periodus Græcæ Iuriſprudentiæ.

Cæterum, qui contextam ab aliis mutilè, vel confusè Baſilici Codicis Notitiam, cum hâc Noſtrâ contulerit, maiori laborem noſtrum encomio celebrabit; Inter quos *Vidend*. Iacob. *Cuiacius lib*. 6. *obſ*. 9. *& lib* 18. *obſ*. 36. *&* 38. *& in Præfat. ad libr*. 60[um] *Baſilic*. Iul. Pac. *in Prole-*

gom. ad Imperial. Inſtit. Ant. Mornac. *ad l.* 1. §. *tot authorum Cod. de vet. Iur. enucl.* Gothofr. *in Præfat. ad Nouell. Leon. & in Notis ad Harmenopuli Epitomem.* Leunclau. *in Præfat. ſynopſ. Baſilic. & in Prolog. tom.* 1. *Iur. Græco-romani.* Marquard. *Freher. in Chronol. apud Leuncl. to.* 1. *Iur. Græco-rom.* Ant. Auguſt. *tract. de Propr. nominib.* Agylæus *Præfat. ad Nouell.* Io. Cambolaſſius *Præfat ad Act. Forenſ. Toloſ. Senat. de Progreſſ. Iur. Rom.* Carol. Fabrot. *in Propylæo editionis ſuæ. Codic. Baſilic.* Cui facem prætulit Illuſtriſſ. ac omni eruditionis genere conſpicuus. Ioſ. Maria SVARESIVS Auenici Collegij ex Participantibus ICtus, Vaticanæ Bibliothecarius, & Eccleſiæ Vaſionen. Epiſcopus, *in Notitiâ Librorum Baſilicῶν editioni Pariſien. ann.* 1647. *præfixa* & in Editione *Amſtelod Codicis Gothofredici an.* 1663. *repetitâ.* Quam *Suareſij* notitiam elogio celebrauit vir commendatiſſimus *Illmus* Vizzanius *in eleganti tractat. de Mandat. Princip. ad l.* 3 *n.* 2. *Cod. Eod. tit.*

Commendatio Authorũ qui de notitia Baſilici Codi is egerunt.

SECTIO III.
Variæ Synopſes Baſilicῶν.

XX. Confuſa, mutatione nominum, notitia.

HIc mihi nemo obiiciat, *Cuiacium* aliter recitaſſe, *Suareſium* alia referre, *Agylæum*, Gothofredum, *Brocæum*; Leunclauium, *Cambolaſſium*, alioſque, aliter dicere: Etenim etſi multum eis debeam, qui primam Baſilicῶν notitiam velut è tenebris in lucem eruerunt; Tot tamen æquiuocis, ne dicam, contrarietatibus, commixtione temporum, rem totam in obſcuro reliquerunt, vt infirmus adhuc Noui Iuſtinianæi animus rei difficultate perterritus ab illorum le-

ſtione penitùs reuocetur *Arg. §. igitur apud Iuſt. de Iuſt. & Iur.* quod ipſe *Cuiacius lib.* 18. *obſ.* 36. *& Gothofr. in Præfat. ad Nouell. Leon.* ingenuè agnouerunt, *vt infrà notatur pag.* 357.

Vnde pro diſtinctâ rei totius enarratione; Repetenda ſunt. 1. Tempora Impp. Orientis, qui à Baſilio Macedone ad Romanum 2um imperarunt ex *Freimonio & Frehero ICtis decerpta.* Tùm diſtinguenda ſunt Ecloga Νόμων ab Ecloga Baſilicῶν, Prochyron magnum à Paruo, & Synopſis titulorum ſeriem retinens à Synopſi κατὰ στοιχεῖον, ſeu Alphabeticâ. Ea enim fuit Græcorum confuſio, vt nedum annorũ Epochas perturbarint. (Prout inſtar omnium exemplum eſt in Leonis Eclogâ *apud Leuncl. to.* 2. *Iur. Græco-rom.* In Vaticana *Nu.* 233. *& in Regiâ Num.* 740. præferente annum Chr. 838. & tamen ipſe Baſilius ſolùm ab ann. 867. *ex ærâ vulgatâ.* ad Imperium euectus eſt) ſed ipſas librorum inſcriptiones ac Præfationes mox immutarint; mox etiam permutarint, tribuentes Baſilicis, modò titulum Eclogæ τῶν νόμων modo Prochyροῦ, Dein eumdem titulum ipſis Baſilicῶν Synopſibus aſſignantes, mox ſub Baſilii, Leonis & Alexandri, mox ſub Leonis Conſtantini & Baſilii, vel ſolius Leonis & Conſtantini nominibus, mox præfationem Incip. ὃ Ἀξίωμα, mox aliam ὁ Δεσπότης, mox aliam τὸν Μέγαν præfixerunt, & tandem Epanogogem, aliàs Prochyron, Enchyridion, Eclogam, Synopſim, vel Epitomem inſcripſerunt, *vt ante me obſeruarunt* Suareſius *numquam ſine laude nominandus*, & Marquard. Freher. *in Chronolog. Baſilij ann.* 867. Sequitur

Confuſæ à Græcis Epochæ annorum.

Permixtæ Inſcriptiones & Præfationes eclogarũ

Chronolog. Impp. Orientis Authorum *Codicis Baſilici, & Prochyrῶν.*

Annis Chriſti.

867. *Baſilius Mac. do.*
858. *Baſilius Pater, Leo & Conſtantinus filii; Hic paulo poſt obiit.*
886. *Leo 6. ſolus, dictus Philoſophus, filius* Baſilii
903. *Leo Pater & Conſtantinus 8. dictus Porphyrogenitus filius Leonis, Impubes.*
908. *al.* 911. *Conſtant.* 8us *& Alexander eius Patruus.*
909. *al.* 912. *Conſtantinus* 8us *Solus.*
922. *Conſtantinus* 8us *& Romanus Lecapenus eius Socer.*
948. *Conſtantinus* 8us *& Romanus iunior eius filius.*
962. *al.* 960. *Romanus iunior filius & Baſilius eius filius.*

Sequentium verò Orientis Impp. Seriem ad Conſtantinum Palæologum Imp. vltimum. Ann. Chr. 1452. Vide *To.* 2. ſeu *Part.* 4. *Prodr. Iuſtin.*

His poſitis plures extitêre Epitomæ, ſeu ſynopſes Baſilicῶν: magnæ ſcilicet & paruæ, tùm Imperiali, tùm Priuata Interpretum authoritate, variis temporibus confectæ ſeu reformatæ.

Ann. Chr. 870. Magnũ Prochyron Baſilii ſeu ecloga legum.

Et 1. Codex ipſe Baſilicus in 40. Libros primùm, dein ad 60. auctus á Leone, tum à Conſtantino reformatus, appellatur ab aliis Prochyron Νόμικοι, ſeu Promptuarium Iuris, *Ita Marq.* Freher. *in Chronol. Baſilii ann.* 867. Broæus *in Chronol. Iur.* Harmenop. *in Præfat. ſui Prochyri.* Agylæus *in Præfat. ad Nouell.* Gothofr. *in Præfat. Nou. Leon. Io.* Cambolaſſius in *Præfat. ad Arreſt ſenat. Toloſ. de Progr. Iur. Rom.* Ab aliis verò vocatur Εκλογὴ τῶν νόμων, ſeu Delectus legum. *Ita* Leo Imp. *in Nou.* 1. *&* 71. Et meritò quia Codex Baſilicus nihil aliud eſt, quàm excerptio legum ſelectarum è Iuſtinianæo Codice magis in

vſu tunc pontarum, *vt dixi ſupra pag.* 189. & 345.

Vnde ab Aliis Idem Codex Baſilicus vocatus eſt τὸ πλάτος τῶν νόμων, aliàs ὁ πλάτος Βασιλικῶν, ſeu Liber magnus Baſilicῶν. Vel Ecloga maior, vel Prochyron maius contradiſtinctè à minori, quod Ἐκλογὴ καὶ σύνοψις, dicitur *vt infrà* verſic. 2um *Prochyron.* ita Leo ipſe nominauit *in Nou.* 1. & 71. Necnon Conſtantinus 8. *in Præfat. Prochyri parui*, de quâ *Infra* verſic. 1a & *pag.* 358. *verſ.* 2a & notarunt Harmenop. *in Præf. ſui Prochyri* Broæ. *in Chronol.* Leunclau. *in Præfat. ad ſynopſ. Baſilic.* Gothofr. *in Præf. ad Nou. Leon.* vbi ait Eclogam καὶ ſynopſim eſſe, maiorū Baſilicῶν epitomem; Idem ſuccinit *Attaliata in Præfat. ſui Prochyri.* Quorum confuſio dedit occaſionem multis erroribus, *vt ait*, Cuiac. *lib.* 18. *obſ.* 36. *Gothofr. loc prox. citato. Et Ego ſupra pag.* 355.

Ann. Chr. 875.
Paruum Prochyron Baſilicon ſeu Ecloge ſynoptica Baſilicon.

IIum Prochyron dicitur ὁ Μικρόν, ſeu Paruum. Ab aliis Prochyron Baſilicῶν contradiſtinctè à magno τοῦ πλάτους dicto Prochyron τῶν νόμων ſimpliciter *de quô ſupra pag.* 356. Ab Aliis Ἐκλογὴ καὶ σύνοψις coniunctim, hoc eſt Ecloga ſynoptica ſeu compendiaria, Aliàs Ἐκλογὴ καὶ ἐπιδιόρθωσις, hoc eſt Ecloga correcta contradiſtinctè à Prochyro ſeu Ecloga maiori conſtante libris 60. *de quâ ſupra.* Hoc verò titulis ſolùm 40 conſtat à Baſilio primùm, tum à Leone Conſtantino & Alexandro reformatum, & ſub diuerſis Præfationibus & Inſcriptionibus pro varietate temporum editum *vt ſupra pag.* 355. eò ſcilicet fine, vt Baſilici Codicis notitiæ, Inſtitutionum inſtar deſeruiret *vt dixi pag.* 351.

Ann. Chr. 908.
Epanagoge.

Ex quibus Eclogis ſynopticis ſeu Prochyris paruis tres inſigniores MSS. exhibent *Vaticana ac Regia Bibl.* 1a quidem inſcribitur Ἐπαναγωγὴ τοῦ νόμου ſub nominibus Baſilij, Leonis

& Alexandri Impp. cum Præfat. ὁ Ἀξίωμα conſtans tit. 40. *in Vaticanâ Palat. Nu.* 223.

2ª Inſcribitur Ecloge correcta, ſub nominibus Leonis Conſtantini & Baſilij cum Præfat. τοῖ Μέγαν. At Præfationis titulus eſt προλογος τῦ προχείρου ſub nominibus Baſilij Conſtantini & Leonis. In quâ Præfatione Impp. remiſſiuè citant Ανακάθαρσιν τῦ πλάτυ, ſeu Baſilica maiora à ſeipſis confecta, conſtatque pariter titulis 40. quorum 1us eſt περὶ συνισταμένοις μνηστείας Vltimus περὶ σκύλων &c. *In Regiâ Bibl. Nu.* 740.

Ecloge correcta.

3ª Inſcribitur Ecloga ſynoptica & correcta, præfixis nominibus Leonis & Conſtantini & Præfat. ὁ Δεσπότης conſtans tit. 42. *vt in Vaticana Palat. Nu.* 223, *in fine MS.* cui ſimili eſt Ecloge compendiaria tit. 28. Latinè data à *Leuncl to. 2. Iuris Græco-rom.* Cuius 1us tit. eſt περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης, cui proinde tituli 14. deſunt quos habet *MS.* Vaticanum.

Ecloga ſynoptica.

IIIū Prochyron dicitur Index Νομικὸς κατὰ ςοιχεῖον, ſeu Ius Alphabeticum *ex Ant. Auguſtino.* contradiſtinctè à Prochyro magno, ſeu libro magno Baſilicῶν ſerie titulorum & librorum ordinato. *de quo ſupra pag.* 356. Ab aliis Index magnus ad differentiam parui *de quo Infra.* A Leunclauio & Cuiacio Ἐκλογὴ καὶ σύνοψις τῶν Βασιλικῶν κατὰ ςοιχεῖον σὺν παραπομπαῖς ſeu Ecloga Compendiaria Alphabetica cum notis ſeu remiſsionibus locorum ſimilium. Cuius MS. extat *in Regiâ Nu.* 41. contradiſtinctè ab Eclogâ Νόμων ſeu Prochyro Baſilij ex legibus Iuſtinianæi Codicis decerpto *vt dixi pag* 356.

Magnum Ius Alphabeticū ſeu Ecloga maior ſynoptica alphabet.

Quid Græcis parapompæ.

Continet verô Ecloga hæc maior ſynoptica Alphabetica titulos *Codicis Baſilici* Alphabeticè digeſtos; & leges omnes *d. Codicis* cum remiſ-

Digitized by Google

ſionibus ad locos ſimiles, compendioſè repræſentat, quam d. *Leunclauius* Latinè reddidit; ſed neglecto ordine Alphabetico ſeriem titulorum ſecutus, quaſlibet ad ſuum *Baſilici Codicis* titulum leges redegit, & Eclogam καὶ Synopſim Baſilicῶν appellauit, de quâ meminit *Iul. Pac. in Prolegomen. ad Imperial. Inſtitut.* Vtilius fortè Leunclauius egiſſet, ſi illam immutatam retento literarum ordine, latinam dediſſet. cum nec ex Præfatione, nec ex contextu appareat eam Eclogam ſynopticam Baſilicῶν aliter quam κατὰ ϛοιχεῖον editam vnquam fuiſſe; Indeque *Suareſius* coniectatur illam fuiſſe Elenchum maiorem Alphabeticum Codicis Baſilici materiarum. Leunclau. notatur de receſſu ab ordine Alphabet.

Hic Index magnus Alphabeticus, fuit à Ioſ. Tenedio *ex Ant. Auguſt. in notis ad Nouell.* vel ab Anonymis Interpretib. priuatâ authoritate confectus *ex Cuiacio* & à Sambucco viro Pannonio, dum peregrinaretur, repertus Tarenti Calabriȩ, quæ poſt alias Ciuitates diu ſub Impp. Orient. Dominio remanſerat, etiam poſt finitum Exarchatum Italiæ, & vnà cum Sicilia vocabatur magna Græcia *teſte Leuncla. in Præfat. ad d. Synopſim Baſilic.* cui ſimilem, *Cuiacius* ait, ſibi dono datam fuiſſe à Iacobo Cambræo è Legatione Conſtntinop. relatam, prout enarrat *in Præfat. ad tit. de Excuſ. tutor.* & in *Præfat. ad l.b.* 6ºum *Baſilic.*

Ann. Chr. 962. Paruum Prochyron Alphabeticum.

IVum Prochyron dicitur Μικρὸν κατὰ ϛοιχεῖον ſeu Alphabeticum Paruum contradiſtinctè à magno *de quo ſupr.* Repertum quoque Tarenti, & à Romano Lecapeno Iuniore editũ, ſi fides *Gothofredo in Præfat. ad Nou. Leon.* Vel ab Incerto Authore ſi *Cuiacio lib.* 18. *obſ.* 37. & 38. vbi tamen illud valdè commendat.

Vum Prochyron fuit Michaëlis Attaliatæ Iu-

Digitized by Google

Ann. Chr. 1077. Attaliatæ Prochyron.

dicis & Proconſulis, quod circa Ann. Ch. 1077. tempore Michaëlis Ducæ Imp. edidit, conflata titulis 95. quorum Ius eſt de ſtatu hominum, & πραγματικὴν, vel Πόνημα hoc eſt, opus de Iure, nuncupauit, *Leunclauius* verò Latinè reddidit *tom. 2. Iuris Græco-roman.*

VI°. Circa idem tẽpus Michael Pſellus dictus πολυγραφώτατος, Iuris Epitomem verſibus expreſſit ex *Frehero. in Chronol. vt ſuprà pag.* 189.

Ann Chr. 1143. Harmenopuli Epitome

VII^um^ Prochyron eſt Epitome Conſtantini Harmenopuli Iudicis Theſſalonicenſis, qui circa Ann. Chr. 1143. tempore Emanuelis Comneni Imp. illud confecit è Prochyro Baſilij ſeu è Baſilicis depromptum, vt ipſemet *in Præfatione ſuâ* fatetur, & in libros ſex diuiſit, quod ideo Prochyron Νόμων ἡ Ἑξάβιβλον nominauit, latinè *Leunclauius* reddidit, & *Dyon. Gothofr.* an. 1587. notis marginalibus illuſtrauit.

Variæ ad Baſilica Interpretationes.

VIII° Demùm Balſamon, Stephanus, Nicæus, Thalelæus. Euſtachius: Aliique Græci Interpretes alia Prochyra ſeu breues Periochas, ad libros Baſilicῶν ediderunt; Alij μεταφραστικοὺς, Alij κατὰ πόδας, Alij παραπομπάς, id eſt remiſſiones, ſeu locorum ſimilium ac diſſimilium indicationes. Alij παραγραφὰς ἔξωθεν, id eſt marginales, Alij ἔσωθεν, id eſt Interlineares Interpretationes; Alij demum παράτιτλα, ſeu breues vnius tituli ex alio repletiones, Quæ omnia tùm deſuetudine, tùm Irnerianâ Iuſtinianæi Codicis ab ann. 1130. reſtitutione, & demùm Imperij Orientis extinctione (Conſtantino 13° Palæologo cæſo circa ann. Chr. 1452.) perierunt, ſolis fragmentis, aut reliquiis quibuſdam in hunc diem tranſmiſſis, quæ an vtiles magis, quam damnoſæ fuerint Iuriſprudentiæ Romanæ? Indicaui *ſuprà* P. 2. §. 5. *pag.* 180. & 181.

Quid Græcis Paratitla, & Parapompæ.

Digitized by Google

§us. VIus.

Notitia Vulgati ſeu Irneriani Codicis.

PROTHEORIA.

VVlgatus ideo Codex hic dicitur, quod eo vſus fuerit *Accurſius* in efformandis gloſſis, quæ vulgariter textum circundant. Vel quod in communi vſu fuerit ab illius 1a reſtitutione factâ tempore Lotharij 2i Imp. Ann. Chr. 1130. A cuius authoritate dictus eſt etiam *Imperialis*. Ab aliis verò *Germanicus*, quod illius 1a editio prodierit in Germaniâ, vbi primùm Typices Ars in Europam tranſlata comparuit, *vt dicam Infra pag.* 367. Vel quod eius euulgatio ab authoritate Lotharij 2i ac Federici 1i Germaniæ, ſeu Occ. Impp. emanarit. Aut, ſi malis, ab Irnerio *aliàs* Vvernero natione Germano, *vt mox dicam.* XXI. Quid Codex vulgatus. Quid Codex Germanicus.

Irnerianus itaq; Cod. dictus eſt, ab Irnerio, *al. Vuernero* natione Germano, & in Bononiâ Italiæ Publico Profeſſore, qui primũ authoritate priuatâ Codicem hunc reſtituit; Tùm ad Mectildæ *al.* Mathildæ preces, apud quam *ex Forſtero*, multùm gratiâ & authoritate pollebat, obtinuit à Lothario 2. Occ. Imp. vt ex illo publicè Ius, & doceretur, & diceretur. *Abb. Vrſpergen. in Chronic.* quę licet erroris incuſet *Ciron. Obſ. Iur. Cano. li. 5. cap. 5.* dicens Mathildam ab ann. Chr. 1115. obiiſſe, Lotharium verò imperaſſe ſolũ ab ann. 1133. ſeu verius 1125. ant 1127. Tamen cùm idem concinant, Alij, nempe *Forſter. hiſt. ciu. lib. 3. Cambolaſſ. de Progr. Iur. Rom.* falli potuit ipſe *Cironius* à diuerſitate trium Mathildarum, quæ tunc florebant Tres Mathildæ coætaneæ.

Digitized by Google

nec eodem tempore obierunt, *vt monuit Card. Baronius in Annal. ann.* 1074.

SECTIO I^a.

Ius Codicis Irneriani, ſeu Reſtituti ab Irnerio Iuſtinianæi Codicis. à Lothar. 2. ad Hodier. diē.

XXII. Ann. chr: 1130. Epocha à Lothario 2.

Ab Anno Chriſti 1130. ad Annum 1665.

DVm inter Gothorum ac Francorum bella pereunt Iuſtinianęi Codicis Autographa MSS. dum in Occidente ſquallent Iudicia, ſolis Longobardorũ, vel Francorũ legibus, ſeu potiùs conſuetudinibus fluctuantia; dum languet in Oriente Iuriſprudentia, Codicis Baſilici legibus vndequaque neglectis, incerta: Luget interim Roma, Iuris Cæſaræi viciſſitudines, quibus Aſtręa terras dedignata reliquerat; At ecce prodit in medium Ann. Chr. 1130. quaſi cælo miſſus *ex Freimonio. in Symphon. Iur.* Forſter. *libr.* 3. *Hiſt. Iur. Ciuil* Petau. *Rationar. temp. Part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 20. Mornac. *ad l.* 1. *C. de Vet. Iur. enucl.* Irnerius ſupra laudatus *pag.* 361. qui variis Iurium fruſtis, è variis Bibliothecis quaſi membratim in vnum corpus redactis, & cum Authographo quodam MS. (Rauennæ inter Exarchorum reliquias reperto *ex Gloſſ. in Rubric. ff. ſolut. matrimon.* vel Bizantio, vbi Iuri operam Irnerius dederat *e x Freher. Balduin. Cambol.*) collatis, totum Iuſtinianæum Codicem in lucem reſtituit, *teſte Gloſſ. in l. quærebatur* 8. *ff. ad leg. Falcid.* Quem Imperiali authoritate Bononiæ primum, mox in Germaniâ, demũ per orbem euulgauit, *vt dixi pag.* 361. itaut

Irnerius Iuſtinianæi Codicis Reſtitutor.

omniū conſenſu poſtea Ius hac editione promulgatum,& publica Federici 1ⁱ authoritate confirmatum *teſte Suareſio In Notit. Baſilicōr.* & Mornac. *ad l.* 1. *Cod. de Veter. Iur. enucl.* Ius commune appellatum ſit.

Quod ita abſolutum, æquumque viſum eſt, etiam exteris gentibus, vt nedum Græci ſtatim à morte Iuſtiniani in linguam ſuam κατὰ πόδας traduxerint *Balduin. in Proleg. ad Nouell. & Cambolaſſ. d. Præfat. de Progr. Iur. Rom. cum aliis ſupra pag.* 340. Sed etiam Galli ipſo Lotharij 2ⁱ tempore habuerint Iuſtinianæum Codicem Gallicè tranſlatum, in Regiâ bibl. *Nu* 37. exiſtentem: quem commendat Cuiacius *in cap. paſtoralis extr. de Cauſ. poſſ. & propr.* & *Obſ. li.* 11. *cap.* 11. *& lib.* 16. *cap.* 24. & Freher. *Epiſt. ad Rodulph. to.* 1. *Iur. Græcoromani.* Imo Turcæ ipſi ex hoc Iuſtinianæo Iure in linguam Turcicam eâdem titulorum, legumque Serie ordinato, Ius dicunt, *teſte oculato Leunclauio In Præfat. ad Synopſ. Baſilic.*

Codex Iuſtiniani Græcè, Gallicè & Turccè tr ductus.

Depone iam luctum Italia? Erumpe in gaudia Iuriſprudentia? vbi Iuſtinianæi Codicis gloria quatuor ſæculis ſepulta reſurgit, vbi ſub fœlici Lotarij 2. Imperio terras Aſtræa reuiſit; exinde Iuris ſcientia altiores radices agens nullâ poſt hâc temporum iniuriâ marceſcet, nullâ ſæculorum ætate conſeneſcet. Plura de Fortuna Iuſtinianæi Codicis *Marquard. Freher. Epiſt. ad Rodulph. Imp. Præfixâ to.* 1. *Iuris Græco-Romani.*

Augurium Codicis Iuſtinianæi.

XXIII. Quò factum eſt, vt quidquid Typographi ſuas nouitates & editiones faſtuoſis inſcriptionibus commendent, quidquid *Cuiacius*, quidquid *Contius*, vel Ant. Auguſtinus, *Haloanler*, Agylæus *Leunclauius*. Pacius, *Scringerus* Gothofredus *aliique* ſuas venditent emendationes, notas vel tranſlationes, hæc vna reſtituti Codi-

Digitized by Google

[...] Irneriani, Codicis editio authentica.

cis editio ad exemplar Irnerianum, Authentica, Legalis & Imperialis reputetur; vulgata & Germanica nuncupetur, *vt latius inculcatum eſt P. 2. §. 1. 4. 5. pag. 33. 65. 188. & P. 3. §. 6. pag. 361.*

Irneriani Codicis Partes 4

XXIV. Hæc autem vulgaris editio *ab Irnerio* facta continebat Pandectarum libros 50. Codicis Libros 12. Inſtitutionum libros 4. & Volumen Authenticorum ſeu Nouellarum latinè *κατὰ πόδας* traductarum, ſine titulorum & collationum diſtinctione, ſed ſolâ annorum ſerie, quibus Nouellæ emanauerant, prout erat 1ª illa Nouellarum latina verſio poſt mortem Iuſtiniani ab Anonymo compilatore circa Ann. Chr. 570. data; vel *vt Broeus* voluit ann. 577. *vt ſupra P. 2. §. 1. pag.* 30.

Ann Chr. 1130. Authenticarum inſertio legibus Codicis.

XXV. Demùm *Irnerius* Codicem & Nouellas ius gloſſauit, & ſub quibuſque titulorum Codicis legibus, inſeruit ſummulas Authenticarũ *è Corpore Authenticorũ* depromptarum, quæ præpoſitas Codicis leges abrogabant, vel declarabant, vt patet in Authenticâ *Ingreßi* poſitâ *ſub leg. generali C. de ſacroſanct. Eccleſ.* aliiſque, quò faciliùs Ius certum ex hoc reſtituto Codice redderetur. *Cambolenſ. de Progr. Iur.* Ego *P.2.* §.1. pag.30.

Ann.Chr. 1140. Libri Authenticorum in collationes diuiſio.

XXVI. Paulò-poſt nempè circa ann. Chr. 1140. cum Volumen illud *Authenticorum*, ſeu 1ª illa Nouellarum *κατὰ πόδας* latina verſio *vt dixi pag.* 32. *&* 340. multis næuis & lacunis præ iniuriâ temporum laboraret, Imò Nouellis quibuſdam deficeret; Id cauſam præbuit vt *Irnerius* primùm, tùm *Bulgarus* gloſſator etiam antiquus, (qui floruit tempore Friderici 1ⁱ circa Ann. Chr. 1152.) Vel, ſi malis, Bulgari temporibus, Berguntio Piſanus circa Ann. 1150. *ex Ant. Auguſtin.* ſeu paulò ante Gratiani tempora *ex Ant. Contio. Præfat.*

Digitized by Google

ad Nouell. Vt, inquam, lacunas ille repleret, Græcas dictiones à Vetere illo Interprete relictas (prout & in Pandectis) latinè verteret, Nouellas ob interruptam numerorum conſequentiam, in Collationes 9. quaſi libros totidem, diſtingueret. Reſectis etiam quibuſdam ſuperfluis Conſtitutionibus vti localibus, vel vſu contrario abrogatis, *Ant. Cont. loc. cit. Ego P.* 1. §. 1. *pag.* 31.

Conſtat enim ex Pandectis Florentinis, quas Triboniani Authographum *Budæus* putauit *vt inf. Nu* 30. *pag.* 369. totum titulum *de Excuſationib. tutor.* aliaque ſparſim verba in Pandectis Græcè relicta fuiſſe, quæ *Bulgarus* (licet barbarè vt notat Vir Amœniſſ. *Aegid. Menag. Amœnit. Iur. c.* 33.) latina reddidit *ex Cambolaſsio*: Hæc itaque lacunarum repletio in Nouellis, eſto Barbara fuerit tanquam à *Bulgaro*, vel *Berguntione* facta, qui eà ætate vixère qua Gothorum Barbaries non minùs in Vrbes, quam in literas à pluribus annis ſæuiebat. Non tamen exinde licet vel minimùm de gloriâ veteris illius, ac exactiſſimæ, poſt Iuſtiniani mortem latinę verſionis detrahere, *de quâ ſuprà P.* 2. §. 4. *pag.* 31 *&* 32. *& P.* 3. §. 4. *pag.* 342.

Bulgarus hellenismi imperitus.

Ex hoc reſtituto Codice Irneriano 1us in Gallia docuit *Placentinus* Irnerij Diſcipulus in Ciuitate Montepeſſulanâ ex *Brocco & Cambolaſsio*. Idque circa Ann, Ch. 1190. quo floruiſſe *teſtatur Freimon. in Symphon. Iur.* A quo autem tempore Ius Ciuile fuerit Lutetiæ publicè doctum. Vide *infrâ pa.* 382.

Ann. Chr. 1213. Conradi & Frid. 2. Conſt. Codici infertæ.

XXVII. Habentur etiam aliquæ Conradi 3ii & Friderici 2i conſtitutiones, (quorum ille Ann. Chr. 1139. hic 1213. imperauit.) Aliæque quas *Hugolinus* Antiquus Gloſſator & Bononiæ Profeſſor circa Ann. Chr. 1213. tempore Friderici 2i partim *Codici* inſeruit, partim *poſt Libros feudorum* annexuit.

Digitized by Google

Conſtat enim d. Federicum 2um ſuas miſiſſe, ad Doctores Collegij Bononienſis, Conſtitutiones, qui eas ſingulis legibus ſub congruis titulis aptarent *teſte Odofredo in Authentica caſſa Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Reliqua *ad Nouellarum Notitiam ſcitu digna.* Vide *ſuprà P.* 2. §. 1. *à pag.* 29. *ad* 35. *&* §. 4. *pag.* 149. Et *P.* 3. §. 4. *pag.* 341.

Ann: Chr. 1213. Volumen Feudorum Codici additum.

XXVIII. Circa idem ferè tempus eademque Friderici 2^{i} authoritate, Idem *Hugolinus* ſeu Alius Corpori Iuris addidit *Volumen Feudorum* ab Anno quidem Chr. 775. inordinatè compactum, *ut dixi P.* 2. §. 1. *pag.* 35. & *P.* 3. §. 4. *Nu.* 17. *pag.* 347. & poſteà ab Oberto de orto, & Gerardo de Nigro Conſulibus Mediolanenſibus (Imperante Friderico 1. circa Ann. Chr. 1160.) in Libr. 4. digeſtũ *teſte Cuiacio* vt notaui *P.* 2. §. 4. *pag.* 174. *&* 176. Sed Priuatâ adhuc authoritate vagans extra Corpus Iuris; Donec ſelectis libris duobus & annexis ad calcem libri 2^{i} quibuſdam conſtitutionibus Friderici 1^{i}, & Henrici 6^{i}, in eam formam ac titulorum Seriem, quæ extat, d. *Volumen Feudorum* ordinauit, & poſt Authenticorum *Collationem* 9^{am} inſeruit. Vnde Volumen hoc Feudorum *Bartolus* Collationem x^{am}, ſicut Librum Extrauagantium nouellarũ *Baldus* Collationem xi^{am} appellarunt. De cuius Feudorum Voluminis legali authoritate. *Ego P.* 2. §. 1. *&* 4. *pag.* 35. 36. 174.

Cur Liber Feudorum dictus collatio 10.

Ann. Chr. 1312. Extrauag. ciuiles Codici annexæ & collat. 11. dictæ.

XXIX. Demum huic Collationi $10^{æ}$ adiecta eſt temporibus Henrici 7^{i} Imp. circa Ann. 1312. (quo tempore ſedebat Auenione Clemens V^{us}, & in Galliâ regnabat Philippus 4us) Collatio xi^{a} conſtans tribus conſtitutionibus, quas Extrauagantes Iuris Cæſaræi paſſim appellant, 1^{a} & 2ª ſunt Henrici 7^{i} editæ ann. Chr. 1312. 3ª eſt de Pace Conſtantiæ inter Fridericum 1um & Henricum 6um initâ Ann. 1183. *aliis* 1180. *de quibus* Ego *P.* 2. §. 1. & 4. *pag.* 35. 36. 174.

Digitized by Google

Ad hanc formã auctus Iuſtinianæus Codex tam Lotharij 2i, quã Federici aliorumq; Impp. authoritate confirmatus in Italia primùm ac Germaniã ab Ann. Ch. 1130. tum in Galliã circa Ann. 1160. aut 1190. tum alibi publicè cœpit edoceri, ac Ius commune & ſcriptum vbique reputari, *vt dixi ſuprà pag.* 363. & infrà *pag.* 368. Quid Corpus Iuris ſcripti

SECTIO II.

Notitia diuerſarũ Iuſtinianæi Codicis Editionũ ad inſigniora Autographa MSS. factarum.

NE turbetur infirmus Noui Iuſtinianæi animus hac voce diuerſorum Iuſtinianæi Codicis editionum *Germanicæ* Haloandrinæ *Florentinæ*, Auenicæ, *&* *Gothofredicæ* ad diuerſa Autographa factarum, hic præmoneri debuit, quod poſt 2am Codicis repetitæ prælectionis editionem à Iuſtiniano factam de anno 534. aliis 536. *vt dixi ſuprà* P. 3. §. 4. *pag.* 336. Tribonianus Iuſtiniani iuſſu tranſmiſit ad varios Prouinciarum Præſides tàm in Oriente, quàm in Occidente, ſeu Rauennæ dominio, (quod adhuc Orientis Imperatori parebat) plura d. Codicis exemplaria M.SS. qui ex hoc Iuſtinianæo Iure cauſas deciderent, *Vt dicitur in Conſtit.* 2. *Prooemiali Cod.* ſeu *l.* 1. §. *fin. C. de Inſtin. Codic. confirm.* Nondum quippe Typices Ars in Europam tranſlata fuerat, quæ ſolum prodiit Ann. Chr. 1440. deliteſcens tamen adhuc penes priuatos inuentores; Donec ann. Chr. 1448. *ex Scaligero*, aut veriùs ann. Chr 1462. *ex Aliis* cœpit eſſe publico vſui, tam in Germaniâ, quam Galliâ & Europâ *teſte Eruditiſſimo Gabriele Naudæo in Add. ad Vit. Lud. XI.*

XXX. Inſigniores 5. Editiones Cod. Iuſtin.

Ann. Chr. 1462. Typographiæ cœpta vſitari in Europã.

Nihil mirum inde, ſi ad diuerſa Autographo MSS. diuerſæ editiones prodierint. Inter quas ſola Irneriana prærogatiuam authoritatis legalis ſibi vendicauit *vt dixi*; cæteræ deſeruire valent ad dubios editionis Irnerianæ textus è lacunis *à Bulgaro ſeu alio* repletis declarandos, & ſic doctrinalem ſolùm non legalem authoritatem obtinent. *l.1. § hunc. 3. C. de Iuſtinianæo Codic. confirm.* vt præmonitum eſt. *P. 2. §.1. pag.33. §.4. pag.65. &* 147. §. 5. *pag.* 188. *& P.* 3. §. 2. *pag.* 328. 330. *& Inf. verſic. ſequenti*

ola Irneriana editio Legalis.

Ann. Chr. 1130. 1. Editio Germanica ſeu vulgata.

1ª Itaque Iuſtinianæi Codicis repetitæ prælectionis editio, ſtatim poſt reſtitutū in Occidente à Lohario 2. Irnerji operâ, Ius Romanum, prodit in Germaniâ ad exemplar Autographum, in Italiam à Iuſtiniano tranſmiſſum, & Byzantio, vel Rauennæ, vt *ſupra pag.* 362. repertum, circa Annum Chr. 1130. (nec enim adhuc Piſanæ Pandectæ Amalfi repertæ fuerant, *vt infra pag. prox. ſequenti dicetur*) quæ Editio ideo dicta eſt Germanica, Imperialis, Irneriana, & communiter vulgaris, & authentica ſeu legalis, ad differentiam aliarum *vt ſuprà* §. 6. *pag.* 361. *&* 364. quæ proinde dicitur Ius commune ſcriptumque continere. *pag.* 367.

Ann. Chr. 1531. 2 Editio Norica ſeu Haloandri.

2ª Prodiit editio Norica ſeu Haloandrina *à Gregorio Haloandro* interprete data Norimbergæ Anno Chr. 1531. & Pariſiis 1541. ad exemplar *Politiani*, ſeu *Ludouici Bolognini* Bononienſis, ex Autographo Florentino deſcriptum, qui conquiſitis vndique vetuſtis aliis exemplaribus, & cum hoc Florentino collatis, textum integrum, multis maculis ſublatis & lacunis repletis, reſtituit, & maximo in pretio præ textus perſpicuitate à Peritioribus habetur: Retento tamen themate Authoritatis doctrinalis ad interpretationem dubij textus Irnerianæ editionis, non ad derogationem

Digitized by Google

vt ſupra dictum eſt Nu. 30. *pag.* 368.

3ª Succeſſit editio Piſana ſeu Florentina circa Ann. Chr. 1540. ſeu 1553. qua *Lælius & Franc. taurellus* pater & filius à Coſmo Medicæo magno Hetruriæ Duce impetrarunt, vt exhibitis ſibi *Pandectis* Piſanis, hodie *Florentinis*, liceret exemplar illud typis edere, quòd maximo Iuriſprudentiæ bono ceſſit, vt *Haloander* ait *in Proœm. Codicis*. Ann. Chr. 1540. 3. Editio Piſana. ſeu Florentina.

Et ita cæteris creditur expurgatior, vt in dubiis textuum lectionibus Florentina præualeat *teſte Cuiacio*, quam ideo Diuinam appellauit, *Mornac. in l.* 1. *§. tot authorum Cod. de Vet. iur. enucl*, & Archetypum Triboniani. *Budæus in l.* 1. *ff. de legib.* licet aliquibus adhuc næuis & erroribus ſcateat, *teſte* Gothofr. *in Præfat. Digeſtorum.* & Edmund. Merillio *Anteceſſ. Bituricenſi obſeru. ad Cuiac.* Attamen tam modici momenti, leueſque reputantur, vt præſtantiam eius ac dignitatem non obſcurent, *vt reaſſumit Merillius loc. cit.* ad quem Archetypum ſæpe *Bartolus* ac Baldus *aliique* pro ſoluendis legum nodis, recurrerunt, *teſtibus ipſo Bartolo in Rubric. ſolut. matrim. & in l ſi creditor. §. fin. ff. de diſtract. pignor.* Salicet *in l.* 1. *ff. de Reb. cred.* Alberic. *poſt Gloſſ. in l. quærebatur §. tres. ff. ad leg. falcid. & aliis paſſim* latè *Haloander loco citato.* Taurellus *in Præfat. Pandect. Florent.* Ant. *Auguſt. Emendat. lib.* 1. *cap.* 1. Non tamen ex eo licet inferre illas poſſe derogare lectioni Irnerianæ editionis *prout de* Haloandrinâ *dixi ſuprà pag.* 368. Authoritas Codic. Florẽtini.

Hic verò Piſanus ſeu Florentinus Codex dicitur repertus in Melphitanâ Ciuitate Apuliæ, dum eam pulſis Longobardis Lotharius 2. Imp. & Innocentius 2. Pont. Max. expugnaſſent, circa ann. Chr. 1136. Iſque Piſanis donatus ab Inno- Ann. Chr. 1136. Pandectæ Piſanæ Amalphi repertæ.

centio 2°, & Lothario 2°, quod in expeditione aduerſus Normannum Rogerium auxiliaribus copiis Cæſareum exercitum adiuuiſſent *Broæ. in Chronolog.* Leunclau. *in Præfat. to.* 1. *Iuris Græcorom.* & Ant. Auguſtin. *loc. mox citand.* In Florentiã demum, Piſis in poteſtatem redactis, à Guino Caponio tranſlatus Ann. 1406. hodie aſſeruatur, *vt latiùs proſequitur* Lælius *Taurellus Præfat. ad Pand. Florent.*

quid Laurentianus & Marcianus MSS. Codices.

Hæc de Pandectis, Iam de Codice Florentino; qui Florentiæ extat in *Laurentianâ Biblioth.*. Is Codex ſcriptas Græcè Nouellas continet ſolis numeris ex annorum ſerie ordinatis diſtinctas, ex quo deſcriptus eſt ad diligentiam *Ludouici Bolognini* ſeu Bononienſis, Codex ille Bononienſis, quò vſus eſt *Haloander*; de quo Florentino Codice meminit *Ant. Auguſt. in Schol. ad Nouell.* 2. *impreſſis poſt Nouellas Iuliani fol.* 183. & paſſim *Iulius Pacius, Aliique in Notis ad Codicem.* Cæterum quia deerant in eo Codice Nouellæ aliquæ, illas ſuppleuit *Scringerus* è Codice Card. *Beſſarionis* relicto Bibliot. Venetæ, ſeu Marcianæ, & *Agylaus* latinas reddidit, *teſte Ant. Auguſt. lib.* 2. *cap.* 8. *emendat.* Illarum editio 1ª prodiit ab *Haloandro* Norimbergæ Ann. 1531. tùm Pariſiis ab eodem 1541. Et iterum ab *Ant. Auguſt.* 1567. Florentiæ poſteà à *Torentino* vt refert *Fabrot. in Propylæo Notit. Baſilic.*

Ann. Chr. 1550. Editio Auenica ſub ſigno Salamandræ.

4ª. Non minoris authoritatis ac expurgatæ lectionis creditur. *Auenicum* MS. antiquiſſimum Inſtinianæi Codicis, ad quod Editio Lugdunenſis ſub ſigno ſalamandrę facta de Anno 1550. ſe compoſuit & *Archion* nominauit; quippe quod ferè conformis in omnibus Irneriano Autographo, in pluribus haloandrinam editionem imitetur, & maximam æſtimationem ſibi vendicet, ad quam

Æmilius Ferretus, Goueanus, *aliſque* pro concilia-
ione legum recurrebant, exempli inſtar omnium
:ſt lectio ad *leg. numiſmatum ff. de Vſufructu* & ad
eg. ſi Pater familias 40. *ff. de hæredibus inſtituen
lis*. Aliæque.

Fuit hic Codex Archetypus M S. à Cardinali Quid Auenic Codex MS.
Salucien. teſtamento relictus Vniuerſitati Aueni-
:æ, quæ illum in Archiuiis ſuis in hunc diem re-
igioſè obſeruat, diciturque fortè vnus ex illis Co-
licibus quos Tribonianus Iuſtiniani iuſſu miſerat
ad Prouinciarum Prȩſides *vt ſuperiùs enarratum
eſt pag*. 367.

5ª. Recentior editio Gothofredica eſt, à Dio- Anno Chr. 1583. 5. Editio Gothofredica.
nyſio *Gothofredo* circa annum 1583. Lugduni fa-
cta, quæ inſignis reputatur, tum ob ſingularem
diligentiam adhibitam in reſtituendis ad varia
MSS. exemplaria textibus, tum ob notas inſi-
gnes, quibus ex *Contii*, Auguſtini, *Cuiacii*, Vaconij
aliorumque obſeruationibus textum illuſtrauit.
Prodiit recens editio altera Pariſiis ann. 1628.
& Amſtelodami ann. 1663.

Conſultus omitto Ruſſardi, Paci j, *Aliorumque* Reliquæ editiones ad incerta MSS. factæ.
minus inſignes & ad incerta Autographa factas
editiones *vt indicatum eſt. P. 2. §. 1. pag. 35. & §.
4. pag. 65.*

SECTIO III.

Anacephalæoſis diuerſorũ Codicũ Iuris Cæſaræi.

XXXI.

EX hâc Hiſtoricâ Iuris Ciuilis Oeconomiâ,
reſultat ſex illius Codices extitiſſe 1. Grego-
rianum. 2. Hermogenianum. 3. Theodoſianum. 4.
Iuſtinianæum. 5. Baſilicum. 6. Irnerianum.

Digitized by Google

Inter quos ſolus Irnerianus ſeu vulgatus legalem vim acquiſiuit, *vt dictum eſt* conſiſtens in Inſtitutionum libris 4. Pandectarum libris 50. tripertito, (Veteris ſcilicet Infortiati & Noui) Volumine diuiſis, Codicis libris 12. Authenticorum collationibus 9. Feudorũ libris 2. & Extrauagantibus 3.

Conſtit. Cæſarearum varij Codices 5.

Quæ 7. volumina ſuis gloſſis adornata, legibus quaſi capitulis ſeparata, & §§[is] ſecta componunt totum IurisCiuilis Corpus hodiernum, cum tamen Primigenium exemplar Rauennæ, vel Byzantio repertum, quatuor ſolùm voluminibus nempe Inſtitut. libris 4. Pandectarum libris 50. Codicis libris 12. & Nouellarum libro conſtaret, vno tenore, ſine legum aut §§. diſtinctione ſcriptis, quod poſteà *Irnerius* ſeparatis legibus, quaſi capitulis ordinauit, §§[is]. diſtinxit, & Pandectas in duo ſolum volumina priùs compactas in tria, ob auctam ex auctis gloſſis illarum molem, diuiſit, pro commodiore vſu *vt ſuprà indicatum eſt P.2. §. 1. pag. 25. & §.4. pag. 70.*

Hodierni Irneriani Codic. Partes 7.

Sectio IV.

De Primis Iuſtin. Codicis Gloſſographis, & illorum Authoritate.

XXXII. Irnerius Gloſſator 1. Codicis Iuſtinianæi.

Ex hac Irnerianâ ſeu vulgari editione Primus Iuſtinianæi Codicis gloſſator extitit Irnerius natione Germanus, qui poſt nauatã ſtudio Iuris operã Cõſtantinopoli *vt ſupr. pag. 362.* Iuſtinianæũ Codicẽ ann. Ch. 1130. reſtituit, *vt dixi pag. 364.* Illum Bononiæ publicè docuit, & gloſſulas textui primus adiecit, inſtar Paratitlῶν, ne à formâ Iuſtiniani vetantis commentarios *in l. 1. §. noſtram. C. de Vet. Iur. enucl.* receſſiſſe ius videretur.

etur; Quid autē tunc Paratitla eſſent, *dixi ſupra* *pag.* 360. á quâ Paratitlῶν formâ receſſere Latini Interpretes, & ſignanter *Cuiacius* Græcorum alioqui nimiùm cultor; *vt ſupra pag.* 181 Summaria ſeu titulorū Synopſes pro Paratitlis vſurpans, vt obſeruat *Ægid. Menag. Amoenit. Iur. cap.* 15. Ego *latiùs in Anaplerôſi ad l.* 1. §. 2. *C. de Vet. Iur. enucl.* Ann.Chr. 1130 Irnerii gloſſa inſtar Paratitlon.

Poſt Irneriū Placentinus natione Gallus, & Irnerii diſcipulus, I^{us.} in Galliâ Ius hoc ex reſtituto Iuſtinianæo Codice docuit *vt ſupra pag.* 365. & *Infra* §. 7. *ſect.* 6. Tùm Azo qui Bononiæ floruit ann. Chr. 1193. Bulgarus Florentinus, qui ann. 1152. lacunas Codicis expleuit *pag.* 365. Berguntio Piſanus, qui Nouellas in Collationes 9. diuiſit *pag.* 364. Petrus Martinus, Ioannes, & Hugolinus, qui conſtit. Frideric. 2. & Conradi 3 Codici inſeruit *pag.* 365. Volum. Feudorum ordinauit *pag.* 366. Pyleus, Dynus, Cyprianus, Odofredus, Aliique *de quibus To.* 2. *ſeu P.* 4. *Prodr. Iuſtin.* pauló maiores gloſſas addiderunt, quas ſuperuenta, ex poſtremis Accurſii gloſſis vberioribus, deſuetudo aboleuit. & in has Accurſii gloſſas, nomen Gloſſæ κατ' ἐξοχὴν transfudit. 1190. Placētinus Primus in Gallia docuit Cod Iuſtin. 1193. Azo Bonon. 1152. Bulgarus & Berguntio

XXXIII. Is namque *Accurſius*, vbi Bononiæ docuiſſet ætate quadragenarius, in ſolitudinem ſe recepit, quò attentiùs tanto operi incumberet, circa Ann. Chr. 1220. aut ex aliis 1225 vbi gloſſas Pandectarū, Authenticorum, Feudorū, & Inſtitutionū ſeptennio elaborauit, ut ait ipſe *in Auth vt præponatur* &c. *Coll* 5 *t.* 3. Verb. *Indictionis*. Poſtmodùm Codici operam dedit circa Ann Chr 1227 Imperā Frider. 2. *vt ait ipſe ad l in cauſis.* 16. *C. de Accuſationib.* totumque partim *ex Azone*, partim *ex* Hugolinus 1225. Accurſii Gloſſæ.

Odofredo excerpſit, ſed ſub meliori formâ concinnauit, circa quas tantâ memoriâ præſtitit in referendis & conferendis fideliter locis legalibus, vt cæteros omnes gloſſographos facilè ſuperârit *teſte Mornac. in l.* 2. *§. hoc autem. C. de Vet. Iur. enuc.* Tandem obiit ann. ætatis 78. Chr. 1229. relicto Franciſco Bonacurſio filio pariter I C^to.

Viuiani caſus.

Viuianus demùm Accurſianis gloſſis, quæ vulgarem textum Irneriani Codicis circumdant, hypotheſes ſeu Caſus aut themata adiecit; Gloſſæ tamen Extrauagantium, non ſunt Accurſii. nec Viuiani, Illarum enim I^am. & 2^am. gloſſauit *Bartolus* & 3^am. *Baldus* vt dixi *P.* 2 *§.* I. *pag.* 37 & *P.* 3. *§* 6. *pag.* 366

Autoritas Gloſſæ textualis.

Ab his Accurſii Gloſſis ſic textus in Corpore circumdatur, vt illis ſuam ex parte authoritatem cõmunicaſſe videatur, nam in caſibus á textu non deciſis vim legis obtinent, *Mornac d. l.* 2 *§ hoc autem C. de Vet. Iur. enucl.* Ideò que paſſim á DD. appellãtur Idolum Iuris *teſte Cyno in l. non moriturum col.* 2. verſic *item ſi non monitus C. de Contr. & com. ſtipulat* Bartol. *in l. vt vim. nu.* 7. *ff de Iuſt. & Iur.* Mornac. *loc. cit* Guid. *pap. Dec.* 177. latiús *Ego in Anaplerôſi ad l.* I. *&* 2, *C. de Vet. Iur enucl.*

Gloſſæ elogium.

Quanti verò illum fecerit *Cuiacius*, antequam ſe lectioni Græcorum Interpretum inmerſiſſet vt *prænotaui pag* 181 colligere licet ex verbis ipſius Mornacii *in l.* 2. *§. hoc autem C. de Vet. Iur. enucl.* Præferre *inquit*, illum „ ſolebat Incomparabilis *Cuiacius* omnibus „ Interpretibus tam Græcis quam Romanis, „ Vidi pretioſiſſima Iuris volumina, in qui- „ bus ille quandiu vixit, defigebat indices, „ ſeu perpetui indefeſſique ſui laboris domi-

Digitized by Google

„ ciliũ, nulla autẽ ferè pagina eſt, quæ manũ eius
„ nõ ferat, &c. Hactenùs *de Accurſio* Mornacius.

XXXIV. Accurſiũ *Bartolus* ferè æquat, omnes enim agnoſcũt ſine Accurſio & Bartolo Ius Romanũ conſiſtere non potuiſſe *teſtib. Alciat. in l. apud labconẽ in fin. ff. de Verb. ſign. Eguin Baro Cõm. ad Inſt. Vigl. ad §. fin. Inſt. de Rer. diu. Arthur. Duck. Angl⁹. de Vſu & Auth. Iur. ciuil. lib. 1. cap. 8. n. 4. pag.* 123. Ideò comparandus Accurſio Bartolus vt Ciceroni Seruius *in l. 2 §. Seruius* ibi 1ũ *locũ, aut certè poſt Marcũ Tulliũ ff. de Orig. Iur.*

1351. Bartolus 1ª & 2ª Extrauagant. gloſſator.

Bartolus à Cuiacio cõmendatus

Quod vel inuitus fatetur ipſe Cuiaci⁹ *lib. 12. obſ.* 16. dũ ibi præfert Accurſiũ Bartolo, & Papinianũ vtrique (quod nemo negauit) Tũ ait, poſt Papinianũ alioſq; Iuriſprudẽtes Pandectis inſertos (& ſic in defectũ legis) Accurſiũ coronã donãdũ, & ſic ab Accurſio Bartolũ, *vt ex Cuiacio loquar;* At nõ inuitus ſe quaſi emẽdans poſteriori cõmẽtario *de Feud. lib. 2. tit. 11.* nedũ Bartolũ anteſignanũ ſentẽtiæ* cõmendat elogio ibi *vt Bartolus ſentit rectè;* ſed quod plùs eſt ab Accurſio recedit, contrariam Azonis ſententiam * amplexus *Ibid. lib. 2. de Feud. tit.* 11. verſ *& Azoni.*

* *In Quæſtione patrui vtroque latere concurrentis ad ſucceſſionẽ nepotis cum auunculo vno tãntũ latere.*

Quæ verò in Bartolũ orationis barbaries objicitur *ab Æmilio Ferreto, Cuiacio, Contio, Authore Prælect. dolan. aliiſue* nihil eius authoritati detrahit, cũm referẽda ſit ad eius tẽporis barbariẽ à Gothis & Longobardis inductã; qui ſicut in Imperiũ ac leges, ſic in linguã Romanã *vt pag.* 347. 365. 396. pari ſorte deſæuierãt. vt reſpondit *Arth. Duck. d. lib. 1. cap. 5. n. 15. pag.* 82.

* *In alia Quæſtione filiorũ ex diuerſis fratribus cõcurrentiũ in capita ad ſucceſſionem Patruelis.*

1am & 2am Extrauag. Ciuilẽ gloſſauit ann. 1351 authoritate Caroli 4. Imp. à quo donatus honoribus: 1356 teſtamẽtũ cõdidit. 1359 obiit natus 1313. cõmẽtarios reliquit naturalib⁹ diſtinctionib⁹ ita

Romani Iuris æquitatẽ cõmendantes, vt ad incûdẽ ipſius naturalis rationis, (quæ eſt anima legis *l. cũ ratio naturalis ff de Bon. damnat. Iaſon in l. illam nu. 10. C. de Collat. Panor in cap. cum fuit, n. 4. ext. de Decim.*) elaborati videantur.

Bartolus in defectũ legis pro lege habetur.

Vnde in defectũ legis & gloſſę Accurſianę meritò Bartolũ pro lege haberi dixerũt *Iaſ. in Rubric. Cod. de Iur. Emphyt. Ant. de Prat. apud Diplouat. in vit. Bartoli. Arthur. Duck de Auth. Iur lib. 1. cap. 5. n. 11. verſ.* Ius *poſt Accurſium. pag. 51.*

Imo in Hiſpaniá ac Luſitaniá ſpeciali regni lege cautum eſt, vt in opinionum conflictu BARTOLI ſentẽtia pręferatur. *teſte Caccialup. de mod. ſtud. fol 15. Arthur. d. lib 1. cap. 8. n. 6. pag. 126 Barbos. in Cod. ad Conſt. 1. de Nou. Cod. fac. n. 12. Fragos. de Regim. reip. p. 1. lib. 4. diſp. 10. §. 3. n. 187* inſtar alterius PAPINIANI, cui⁹ ſententiã in conflictu cæterarũ anteponi, decidit ipſe Iuſtinianus *in l. manifeſtiſſimi 22. C. de Furt.*

In Germaniâ parem ſibi prærogatiuam vindicat, generali tribunaliũ cõſuetudine, quæ vim legis obtinet. *Mozz. in Prælud. ad tract. de Cõtractib.*

Elogia varia Bartoli.

In Italiâ demũ Iuriſperitorũ Coryphæus, Princeps Academicus, Iuris lumẽ, ac columẽ prædicatur. Imo numẽ, cuius ſcripta in Lararijs colẽda, quaſi veritas ijs ineſſe præſumatur, ait *Iaſon in l. quidã cum filiũ 132. ff. de Verb. oblig. Euerard in Loc. legal. tit. ab author.* Cætera Bartoli elogia cumularũt *Diplouat. Lãcellot. & Pãcirol. in Vit. Bart.* Spiegel. *de Iuriſc. tẽporib. Ego in limin. 3. Epiſt. p. 11.*

Bartoli authoritas in Galliâ

Quid dicendũ de Galliâ? Si antiquos Gallici Iuris interpretes *Guido pap.* Rebuff. *Tyraqu.* Boer. *Benedict.* Beregar. *Chaſſan.* Declaper. *Io. Stephã* Charõd. *Eguinar.* Papõ. *Mainard.* Mornaç, *Neſmõdum*, Alioſque propiùs inſpexeris; Aduertes dubio procùl Bartolũ apud eos principem locũ

habuiſſe

habuiſſe, eiuſque ſentẽtias præ cæteris à Senatu Pariſiẽſi, Toloſano Gratiopolit. aliiſq; cõmendatas, Exempli inſtar omniũ ſit locus Mainardi *Qu. Iur. lib. 6. cap. 90. n. 6.* vbi refert Senatum Tolos. ex ſentẽtiá Bartoli iudicaſſe & Neimẽdi *in Arreſt.* vbi plurib⁹ locis notat Pariſiensẽ ſenatum doctrinæ Bartoli adhæſiſſe.

Inter Neotericos vèrò ſunt, qui in eam ignorãtiam prolapſi, nefas putent, alium è roſtris quam Cuiaciũ proferre, quaſi ex eo docti videantur. *Oſius Antec. Aurelian. ad Merill. Epiſt. ad lector. Ibi. nil niſi Cuiacium Crepant pag. 14.*

Sed Doctiores in arduis fori diſceptationib⁹ ad *Bartoli* ſtatuã confugæ, quaſi Principis opẽ implorant, me ſæpiùs obſeruante per tẽpus, quô Suprema Senat⁹ huiuſce Pariſiẽſis ſubſellia colui vnicum ex Antiquis DD. *Bartolum* ad deciſionẽ quæſtionis de apicibus propoſitæ laudari à diſertiſſimis Aduocatis corã Inclyto ac ſuauiſſimo LAMONIO Senatus-Principe cauſas orantibus. Bartolus in Senatu Pariſien. laudatus.

At in Exedrâ Magni Concilii, gloriæ verticẽ attigit æſtimatio Bartoli dùm eius ſententias ac diſtinctiones ita rationi naturali cohęrere dixerunt Sapientiſſimi Patres, præſertim in relatione cauſæ grauiſſimæ * vt ab illis in defectum conſuetudinis, vel ordinationis regiæ de quá *pag.* 400. recedi vix poſſe, quin ſimul à ratione naturali recedatur, ſignificârint: prout mihi humaniſſimè ſuo more affirmauit diſertiſſimus non minùs, quã eruditiſſimus vir Georgius HAMELIVS, Magni Concilii Aduocatus Regius

** Ad materiã clauſulæ derogatoriæ in l. ſi quis 22. ff. de leg. 3.*

* *Orantẽ cauſas quem ſtupet ipſa Themis.*

** Pererius Aqui ſextien.*

Adeo vt ſe, verum vbique præſtiterit, hoc *Caccialuppi* dicterium. *Qui vult eſſe bonus Legiſta, diſcat eſſe Bartoliſta.*

§us VIIus
Hiſtoria Chronologica Iuris Romani in Galliâ

PROTHEORIA.

Qvi ré altiùs repetere vellet, Gallos diceret, à Celtis primùm, ſeu Samothe Nōëmi pronepote illorum I° rege (vnde Samothæi dicti ſunt ann. ab A.C. 2001. *ſupra pag.* 323.) dein à Regibus illius ſucceſſoribus *de quibus pag.* 378. leges habuiſſe, Tum moribus proprijs, aut vicinorū Phocenſium ſeu Ionum (qui ſub Tarquinio priſco Ann. V.C. 153. *al.* 165. colonias è Græciâ in agro Maſſilienſi, & Oſtiis Rhodani poſuêre) *teſte Iuſtino* vixiſſe, & ſubinde varios regulos diuerſis populis veluti regnis imperaſſe *ex Iul. Cæſar. de Bell. Gallic. & Trog. Pomp.* qui Gallo-Vocũtius fuit *lib.* 43 *in fin.*

Tandē à Romanis in Tranſalpinos Gallos Bello ſuſcepto Ann V.C 629. Fuluio Flacco Cos. & à Sextio Caluino Cos. debellatis Salybus, à quo fundatæ Aquæ-Sextiæ ann. 630. Aruernis à Domitio Ænobarbo Cos. ann. 632. & Allobrogibus à Q. Fab. maximo æmiliano anno. 633. Tota Narbonenſis Gallia, cum Imperio Romano, leges & Prouinciæ nomen accepit; quam poſteà Aurelius Scaurus & Seruili⁹ Cæpio Coſſ. adminiſtratione ſibi partiti ſunt in Cis-Rhodanuanam, & Trans-Rhodanuanam anno V C. 649.

Prouincia Narbonē- s in par- tē cis-rho danuanā, & trans- rhodanuā- ā diuiſa.

Demū à Iul. Cæſare reliquâ Galliâ ad Rhenū vſq; ſubactâ ann. 702. & Maſſiliâ captâ anno. 705 Ex hoc inuaſionis ann. 701. *al.* 694. ducitur Iª

Iª Epocha

I. Epocha Iuriſprudentiæ Romanæ in Galliâ ad Ann. Chr. 409 occupatæ per Gothos Galliæ 2a Ab hac inuaſione Gothorum, ad Pharamundum Ium Franciæ Regem. 3a. A Pharamũdo ad 2am Iuſtinianæi Codicis editionem 4a Ab hâc editione ad Iuſtiniani obitũ. 5a A Iuſtiniani obitu ad Philippum 2um Gall. Regem ſeu Placentinũ qui Ius Irnerianũ Codicẽ in Galliam inuexit. 6a. Demum à Philippo 2 ad Hodiernum diem. Quę 6. Epochæ per totidem ſectiones, quaſi reuolutiones ad ſua principia reducuntur.

SECTIO Ia

De Authoritate Iuris Rom. In Galliâ à Iulio Caſare ad Honorium Imp. ſeu Alaricum Goth. Regem.

Ab Ann V C.694. ante Chr.58. ad Ann Chr.409.

POſt quam Narbonenſis Gallia (ſeu Prouincia, Occitania, Delphinatus & Sabaudia) Ab V C. 694. I. Epocha Iul. Cæſar fuit à Q. Fabio max. circa ann. 452. in ditionẽ Rom. redacta ſub Prætore Galliarũ *l. 2 §. 32. verſ. Narbonenſis ff. de Orig. Iur. Io. Fab. §. per traditionem Inſt. de Rer. diuis. Mainard. Qu. Iur. lib. 7. cap. 25.* Tandem Iulius Cæſar reliquis Galliarum populis nouennali bello deuictis vel fœdere iunctis, totam in Prouincias 3. Galliã diuiſit, Narbonenſẽ, Celticam, & Belgicam ſub Præfecto prætorio Galliarũ *Pancirol. Notit. Vtr. Imp. p. 2. cap 3. & 68.* A quô Gallos, leges Romanas accepiſſe dubiũ nõ eſt, cum nulla maior Romanæ leges in Galliã inductæ. Præſidibus cura incumberet, præter Romanarũ legum obſeruantiã in orbis Romani populos inducendam. *Vizzan. tract. de Mandat. Princip.* Exinde Galli Iuribus Ciuium Romanorum de-

Quid Orientalis & Occidentalis Gallia.

na, Tacit. Annal. libr. 11. & l. 8 §. Lugdunenſes Galli ff. de Cenſibus. l. in orbe Romano 17. ff Stat. hom. tanto in cultu Leges Romanas habuére (quibuſdam moribus popularibus de quibus Infra pag. 392 exceptis) ut etiam poſt dilaceratū inuaſione Gothorū Imperium Romanū, Imo ſuperuenitis Lōgobardorum ac Burgundionū cōmixtionibus, adhuc Ciſalpina Gallia Romanas leges retinuerit, ſic dicta à Senonibus Gallis, qui ſub rege Galliorum Brenno Italiā ingreſſi Senogalliam, Ticinum, Mediolanum, Brixiam, Bergamum Mantuam, Ariminum, & Liguriam tenuerunt, & priùs Romam inuaſerunt teſte Varnefrid de geſt. Lōgob lib. 2. cap 22. Tranſalpina verò optionem habuit viuēdi legibus vel Romanis vel Francicis ſeu Lōgobardicis ex tolerantiâ Gothorū ab ann. 409 & trāſactione Honorij Imp. cum Aſtaulpho ann 412. verius cū Theuderedo ann. 419. Apoſtil. ad gloſ. rubric ff. ſol. mat. In edit. Carterianâ 15 3 Dominic. de Prarog. allod. cap. 7. Arthur. de Auth Iur. Ciu. lib. 2. cap. 5. n. 24. cū alijs pag 384.

Quid Gallia Ciſalpina.

Quid Galli Iuris Romani

Ius itaque Romanum viguit in Galliâ à Iulio Cæſare Ann. V. C. 694. ad Honorium Imp. Occ. ann. Chr. 409. quo Gallia ab Alarico ſeniore Viſigothorum Rege direpta, deſiit Imp. Romano parere vt dicetur ſectione ſequenti.

SECTIO IIa

Ab Honorio Imp. ſeu Alarico ſen. Goth. Rege ad Pharamundum. Ab Ann. Chr. 409 ad Ann. 420.

Ann Chr 395. Honorius Occ. Imp

INfœlix ſanè fuit Honorij, filij Theodoſij ſen. adminiſtratio Imperij in Occ. ann.

Chr. 395. Sub quo nempè Gallia, quæ priùs ad Rhenũ vſque protendebatur *teſte Procop de bell. Goth lib.* 1 *Grotio Interprete fol.* 175. à Vandalis primùm, tum à Gothis Alarico ſeu Viſigoth. ann. Chr 409. diſcerpta, & Roma ann. 410. capta; Dein ab Aſtaulpho Alarici filio ac ſucceſſore, (ductâ in vxorem Placidiâ Honorii ſorore ann. Chr. 410) eadem Gallia, Vandalis recedentibus, occupata. *Iornandes de Reb. Getic. cap.* 31. *fol.* 655. Ruſum Burgundiis (cui pòſt acceſſêre Heluetia, Sabaudia, Comitatus Venaſſinus, & Gallo-Prouincia) in Regnum erecta ann Chr. 413. Demum Belgij pars quæ Brabantia dicitur, Ann. Chr. 414. Francorum armis Duce Marcomiro Pharamundi patre, ab Imperio Rom deſciuerunt.

Ann. Chr. 409. 2. Epocha ab Alarico ſeu Viſigoth.

Sic, dum ex omni Galliæ parte, Romanum diſcerpitur Imperium, Honorius Ann. Chr. 419. publicæ pacis cauſâ Theodorico *al.* theudoredo *al.* theudo. Viſigoth. Regi, prouincias occupatas reliquit, Burgundionibus verò terras Ararim inter & Rhodanum ſitas, ne vlteriùs Romanum Imperium laceſſerent: Quibus tamen modico tempore potiuntur, dùm illorum fortunæ inuidi Franci tranſito Rheno Ann. Chr. 420. Gallias de Gothorum manibus vindicarunt *vt Sectione ſequ* exponitur.

Ann. Chr. 419. Gallia ab Honorio ceſſa Gothis

Itaque ab Ann. Chr. 409 ad Ann. 420. Gallia incerto Iure, partim Gothicis, partim proprijs conſuetudinibus, partim Romanis legibus, Gothorum tolerantiâ regitur. *vt ſupra pag.* 378.

Digitized by Google

SECTIO III.

A Pharamundo ad Iuſtinianum.

Ab Ann. Chr. 420. ad Ann. Chr. 534. al. 536.

FRanci è Galliis orti vel *ex Alijs* è Scythis ad tanaim, Coloniam in eá Germaniæ parte, nobis trans Rhenum, quæ Franconia dicitur, hodie Haſſia, ſub nomine Salyum poſuêre, à Fluuio ſalâ è Franconiæ montibus deciduo; Exinde prorumpentes Ann. Chr. 269 tempore Galieni Imp. ſedibus in Batauiâ poſitis, tentarunt ſæpiùs armis Galliam inuadere, quam vbi deuincere non potuerunt, ad Pyrenæos vſque diripuerunt. Donec à Probo Imp. ann. Chr. 276. de Galliâ pulſi Batauiam retinuerunt, vſque ad Conſtantium Conſtantini magni patrem ann. Chr. 304. à quo depulſi ad Franconiam rediêre.

Origo Francorum

Tandem Belgij parte Ann. 414. armis quæſitâ *vt ſupra pag.* 379. Iidem Franci Gallias iam à Gothis Romani Imperij hoſtibus *pag.* 379. occupatas, vendicant Ann. Chr. 420. Pharamundo Marcomiri filio Duce, Qui I^us. Franciæ Rex creatus, Francicum regnum fundauit, Merouæus ampliauit, & Childericus eius filius ac ſucceſſor Gallis ſimul & Francis Imperauit ſede regni Pariſiis poſitâ, legeſque Francicas à Pharamundo I Rege editas, Gallis Patrias effecit, *vt mox dicetur.*

Franciæ & Galliæ nomẽ & leges factæ communes.

Itaque dum Ætius Romani exercitus ductor ſub Theodoſ Iun. & Valenti. 3. Ann. Chr. 434. è Galliâ Francos Clodione Rege, depellit;

Ann. Chr. 434. Theodoredus Viſigoth.

Visigothi interea Theudoredo Rege *alias* Theodorico ſen. Gallias occupant ad Ligerim, ſque, Burgundi verò ad Rhodanum Gundi-aldo Rege. Tùm Attila Hunnorum rex Ann 51 totam deuaſtat Galliam, donec ab Ætio Romanorum duce, & Theuderedo Viſigoth. ac Merouæo 3 Francorum Rege iunctis copiis, in campis Catalaunis (vulgò *Chaalon en Champagne ſur Marne*) ſuperatus, in Italiā ſe cōtulit. At Merouæus Pariſios capit anr. 459. tùm Childericus filius è regno pulſus ann 462. (Ægidio pro Romanis Gallias vacuas inuadente) reſtituitur ann. 469. Euricus vero Viſigoth. rex Arelatem Ann 466. Romanis ereptā regno ſuo ſeu Narbonenſi Galliæ iungit, tum Maſſiliam & Arelatem Ann. 474. in quâ anno ſui regni 19. obiit *ex Iornand. de reb. getic. cap.* 45. & 47.

Sic huius Eurici ætate Gallia quatuor dominos agnouit, nempe Merouæum Francorum, Euricum Viſigoth. Theodomirem Oſtrogoth patrem theodorici Ital. regis & Gondibaldum Burgund. Regem. Leone, tū Zenone. Impp. Or.

Sed Eurico Viſigoth. mortuo Ann. 483 Alaricus Iunior Eurici filius ac ſucceſſor Toloſæ ſedens obtinuit ab Odoacro, de quo *pag* 345. concesſionē Galliæ tranſalpinæ, quæ Alpibus à Liguriâ diuiditur *ex Procop lib.* 1. *fol.* 175.

Quo Odoacro per Theodoricum Oſtrogoth. & Italiæ 2 Regem victo, ſub Zenone Imp. Or. Ann. 493 dedit d. Theodorico Clodouæus in vxorem Audefledam filiam, *teſte Iornand. de reb. getic. cap.* 57. & 58. tum Idem Clodouæus Britanniam minorem regno addidit, ann. 495. Imp. in Or. Anaſtaſio. Et Viſigothi Alarico rege cum Oſtrogothis d. Theodorico rege, veritatem iniuerunt Ann. 495. & affinitate

Ann. Chr.
451. Attila Hunnus.
459. Merouæus
462. Romani.
466. Euricus Viſigoth.
469. Childeric.
474. des Viſigoth Arelate.
483. Alaricus Iunior Viſigoth. Toloſæ.
Galliatranſalpina.
493. Theodoric. Oſtrogoth. 1. Italiæ rex
495. Chlodouæus.

firmarunt acceptâ ab Alarico in vxorē Theudichusâ Theodorici filiâ, è qua naſcitur poſtea Amalaricus Alarici ſucceſſor *Procop. lib.* 1 *fol* 178. Rurſum Idem Alaricus Iun. Viſigoth. initá cum Clodouæo aliâ belli in Burgundiones ſocietate Ann. Chr. 501. deuictam cum eo Burgundiam diuiſit; Cis Ararim huic, & trans, illi pars obuênit.

495. Societas Oſtrogoth. cū Viſigoth.

501. Burgundia diuiſa.

At Franci bello, in Viſigothos fœdifragos conuerſo Anno 508. Trans-Rhodanuanam ſeu Narbonenſem Galliā & Aquitaniā ab Oceano ad Rhodanum armis ſibi quęſiuerunt Alarico Carcaſſonæ reſidente per Clodouæum cæſo; Quam ſtatim Theodoricus Oſtrogoth. & Alarici ſocer, cum exercitu ab Italiâ ducto aduolans, ex maiori parte recuperat Amalarico pupillo Alarici filio & ſuo ex filiâ nepoti, relictis ſolùm in poteſtate Francorum locis quibuſdam, quibus à Rhodano in Oceanum tenditur, cum illos expellere non poſſet *vt ait Procop, lib.* 1. *fol.* 177.

508. Alaricus cæſus.

Tandem Clodouæo mortuo Ann. Ch. 514. & ductâ ab Amalarico in vxorem Clotilde Theodeberti Franc, regis ſorore, facta eſt inter Amalaricum Viſigoth. & Athalaricum Oſtrogothorum Regem Theodorici Italię regis ex aliâ filiâ nepotem, hæc Galliarum diuiſio Ann. 526. vt loca cis Rhodanum (Romanis loquentibus) ad Oſtrogothos; Vltra vero Rhodanum ad Viſigothos pertinerent, *teſte Procop. lib.* 1. *fol.* 178 Sed moto per Theodebertum & Clotarium Clodouæi ſucceſſores, contra Amalaricum Hiſpaniæ ſedentem, (cauſâ vxoris) bello, Ann. 529 Tota trans Rhodanum Gallia Amalarico eius poſſeſſore cęſo, ad victores Iure belli peruenit. Reliquâ Cis Rhoda-

Ann. Chr. 514. Clodouæus mortuus.

526. Quid Narbon. Gallia cis & trans Rhodanū.

529. Amalaricus cæſus.

num Galliâ ſeu Narbonenſi Orientali, Comitatu Venaiſſino, & aliis, penes Athalaricum Oſtrogoth. & Italiæ Regem remanente.

Quò factum eſt, vt eâ ætate (poſt Amalarici mortem Ann. *529* iunctamque Franciæ regno Burgundiam Gondemare vltimo rege in Africam pulſo per Childericum & Clotarium Francor. reges Ann. 532) tota Gallia duos ſolùm dominos agnouerit Francos ſcilicet, & Oſtrogothos, *teſte Procop. lib.* 1. *fol.* 179. 532. Gallia à Francis & Oſtrog poſſeſſa.

Donec Athalarico Oſtrogoth. & Italiæ rege mortuo Ann 534. Theodatus *al.* Theuda ei ſuffectus Iura ſua in d. Theodebertum alioſq; Clodouæi filios & ſucceſſores, titulo oneroſo tranſtulit *vt infra pag.* 394 Vnde tunc Gallia cæpit vnicum admittere dominum nempe Francorum regem, ſeu Theodebertum & Clotarium Clodouæi filios & ſucceſſores de quibus *infra pag.* 390. 534. Gallia à ſolis Francis poſſeſſa.

SECTIO IV.

Origo Galliæ Romanæ ſeu Iuris ſcripti & Conſuetudinariæ.

PHaramundus ab Ann. Ch 420 Imperans Franciæ, Salycas leges ab ann. Ch. *269* tẽpore Gallieni Imp *pag.* *386* editas, mox in Comitiis Salyzenſibus Ann. 422 decretas, confirmauit, ſeu reformauit ann. 424. *ex Ciron. Antec. Toloſ. obſ. Iur. Cano. lib.* 5 *cap.* 6, Ita tamen, vt Galli eâdem, quam Gothi ipſi reliquerant ab ann. 409. libertate fruerentur, eligendi ſcilicet quibus legibus viuere mallent, Romanis, vel Francicis *vt ſupra pag* *378*. Quę libertas nedum ab Alarico ſen. Aſtaulpho eius Ann. Chr. 420 3. Epocha à Pharamundo.

Galliis relicta ciuitas viuere legib. Romanis.

filio, Theodorico, & Alarico Iuniore filio Eurici Amalarico, aliiſq; Viſigoth. vel Oſtrogothorum Regibus, qui ab ann. Chr. 409. ad 37 Gallias ſeu partes illarum occuparunt, ſed & à Clodouæo Theodeberto eius ex filio nepote, Carolo magno, & D. Ludouico Francorum Regibus relicta eſt *vt infra pag. 387.*

Origo Galliæ Iuris Scripti & Consuetudinariæ.

Quò factum eſt, vt Populi ſeu Ciuitates, quæ viuere legibus Romanis elegerint, nomen Galliæ *Iuris ſcripti* in hunc vſque diem retinuerint; quæ verò legibus Francicis ceu propriis conſuetudinibus; nomen Galliæ *Conſuetudinaria* vendicarint, *vt enarrant* Petr. de Marca *Hiſtor. Bearnen. lib. 5. cap. 2.* Ciron. *Obſ. Iur Canon. lib. 5. cap. 1. 5. & 6,* Chopin. *in Præfat. ad Conſuet. Niuern.* Boer. *in Præfat. ad leg. Longobard.* Quænam verò fuerint hæ Romanę leges, quæ à Pharamundo, ad Iuſtiniani tempora locum in Gallia Iuris ſcripti habuere? Sectio ſequens aperiet.

SECTIO V^a.

De Legibus Romanis ante Iuſtinianum ſeruatis in Galliâ

LEges Romanas in Gallia antè Iuſtinianũ pro diuerſitate temporum viguiſſe, fuit *Sectionibus præcedentibus* expoſitum. Sed hic inſpectio eſt, quid hæ leges continerent, & vbi continerentur?

I Igitur redactis in Prouincias 3. à Iulio Cæſare Galliis ann. V. C. *694* & Iure Ciuitatis romanæ donatis *vt ſupra pag. 377.* Conſiſtebant leges Romanæ in Edictis Prætorum, SC

Reſponſis.

Reſponſis prudentum & Placitis Cæſaris tranſmiſſis ad Præſides Prouinciarum, qui Iudices dabant, vel Ius dicebãt. *vt ſupra pag. 326. in fin.*

2. Circa Auguſti initia ann. V. C. 728. In Edictis Prætorum ab Offilio ICto Collectis, & Reſponſis Prudentum in varios libros diſperſis & Conſtitutionibus Cæſarum ex lege Regiâ ann. V.C. 729. ortis & ad præſides tranſmiſſis. *vt ſupra pag. 334.* Edictũ Offilij

3. Adriani temporibus Ann. Chr. 134 In Edicto perpetuo per Saluium Iulianum *de quo pag. 335.* compoſito, variis veterum ICtorum, libris & Cæſareis ab Adriano ad Maximianum incluſiuè Conſtitutionibus in Codices Gregorianum & Hermogenianum ann. Chr. 270. & 306. coniectis, quorũ hoc eſt veterũ ICtorum & Codicum Gregor. ac Hermog. varia Fragmenta MSS. extant in Bibl. Regiâ. *paſ.* 182. Edictũ Iuliani.

Circa quod obſerua conſtitutiones aliquas *Diocl. & Maxim.* per errorem ſcriptoris ex Hermogeniano in finem Gregoriani tranſpoſitas fuiſſe, nam Gregorius IC tempore Gallieni ſed Hermogen. tempore Diocl. floruerê *vt ſupra pag. 182 & 336.* ad quod *Cuiacius* apicum alioqui indagator non aduertit in ſuâ editione *ſupra pag. 182.* Sed ante me notauit id *Cambolaſſ. de Progreſſ. Iur. Rom.* Obſerua in ad Codice Gregor.

4. Sub Theodoſio Sen. Ann. Ch. 392. In veteri Codice Theodoſiano (qui non extat) continente conſtitutiones à Diocl. & max. excluſiuè. vbi deſinebat Hermogenianus Codex ad ſua vſque tempora, *vt Broeus notat*, & probat *Nouell. Theodoſ. Iunioris 35. de Confirm. leg. nouell. Theodoſ.* Quem deinde Theodoſius Iunior Codicem à ſe confectum transformauit. Codex Theodoſ. ſenior.

5. Sub Theodoſio Iun. Ann. Chr. 435. al. 437

Kk

Codex Theodoſ. Iunior.

conſiſtebant Romanæ leges In Codice Theodoſiano, qui hodie extat, continente conſtitutiones omnes à Conſtantino magno incluſiuè ad ſua tempora *de quo ſupra pag. 184 & 357.*

His legibus gallia Romana ſeu Iuris ſcripti ad Iuſtinianum vſque reſpectiuè vixit; Conſuetudinaria verò moribus Francorum, gothorũ & Longobardorũ *ſectione ſequenti* expoſitis

SECTIO VI.

De Legibus Francorum ante Iuſtinianum ſeruatis in Gallia.

Leges Salycæ.

LEges Salycę ab Anno quidem Ch. 269. editæ, & à Pharamundo ann. 424. confirmatæ *vt ſupra pag.* 383. fuerunt 1æ Francorum leges quibus Francia vixit *teſte Ciron. obſ. Iur. cano. lib 5 cap. 6. & 7.*

Leges Francicæ.

2. Varias leges à ſuis pro tempore Regibus accepit præ cęteris Chilperico, Clodouęo, & Theodorico Clodouæi filio, aliiſque ſucceſſoribus, quę vel non extant, vel in Capitulari Cod. Caroli magni ſeu Ludouici Pij ſunt inſertæ *de quibus Infra pag. 387. in fin.*

Leges Euricianæ vel ò Theodoricianæ.

3. Pro tempore quo gallia paruit gothis; admiſit leges ab Euarico *al.* curico. *al* eruigio. *al* durico & *al* Theodorico nuncupato Viſigoth. rege editas, qui fuit filius Theoderici Viſigoth. Regis & Pater Alarici Iunioris; Regnauit verò tempore Leonis Imp. Rom. ſub quo Hiſpaniam, tum Maſſiliam & Arelatem ſub Zenone Imp. occupauit Ann. Ch. 474. & obiit Arelate Is I us. gothis leges ſcriptas dedit æra Auguſti.

504. ſeu Chr. 466. *teſte Iſidor. in Chron.* partim ex Theodoſiano Hermog. & Gregor. Codicibus, partim ab Vlpiani & Caij Fragmentis, partim à moribus propriis depromptas *teſte Cambolaſſ.* Vnde vulgariter appellatæ ſunt leges Theodoricianæ ab hoc Theódorico Viſigoth. rege *al.* Eurico dictæ, non autem à Theodorico eius patre vel alio eius fratre, nec à Theodorico Oſtrogoth. ſeu Italiæ Rege, nec à Theodorico Clodouæi filio, quorum nominum æquiuocatio plures decepit *teſtib. Ciron. obſ. Iur. lib. 5. cap. 1. & Boer. Præfat. ad leg. Longob.*

Theodori Reges 5. ſiue coætanei.

4. Inter Gothorũ leges refertur Codex Alaricianus editus Toloſæ ann. 505. tẽpore Zenonis Imp. Rom. & Clodouæi Francorum Regis cuius ſororem Audefledã Theodoricus Oſtrog. rex Alarici ſocer. in vxorẽ acceperat *Iornand. de reb. getis. c. 58.* & continebat Epitomem legum Theodoſiani Codicis quibuſdam Aniani interpretationibus auctum, (qui conſiliarius Alarici non Cancellarius fuit, vt plures decepti ſunt. *teſtib Cuiacio & Cambolaſſio* & probat edictum Alarici anr. regni 22. Chr. 505.) deinde Caroli magni ſubſcriptione confirmatum ann. regni 20. Ch. 794 *vt ſupra pag. 188. & 346.*

Codex Alaricianus.

5. Legibus Longobardicis vſa eſt Gallia, quas ann. Chr. 636. Fl. Rotharis 7 Longob. Rex, in ſcriptis Ius. redegit, tùm alij in regno ſucceſſores varia capitula addidère; Inter quos Carolus magnus, qui Longobardis anr. Ch. 774. deuictis ſe regem Galliæ & Longobardiæ nominauit; tum Anr. 801. cauit Galliam Ciſalpinam deinceps Lombardiam appellari. Tardem è Longobardicis legibus capitularem Codicem compoſuit, & Ann. 814. Ludouicus

Leges Longobardicæ

Capitularis Codex Caroli magni.

eius filius additis nouis legibus reformauit *teſt. Freher. in Chronol. ann.* 814, & latè *Boer. in Præfat. ad leges Longobard.* Ciron. *obſ. Iur. cano. lib. 5. cap.* 4. de quibus *ſupra pag.* 346.

Sectio VII.

De Authoritate Cod. Iuſtinianæi apud Gallos in vitâ Iuſtiniani.

Ab an. Ch. 534. al. 536. ad an. 564. al. 566

Iuſtinianus ſe Franciců dicit.

QVamuis ſupra 100. annos antè Iuſtinianum, Pharamundus Franciçę Monarchiæ fundamenta poſuiſſet ab ann. Chr. 420. Tùm Merouæus ac Clodouæus eiuſque filii firmaſſent victorijs aduerſus Gothos, Burgundiones, & Romanos relatis, Iuſtinianus tamen in Conſt. *Procœm. Inſtitut. incip. Imperatoriam.* & Conſt. *Procœm.* Δέδωκεν *Pand. Flor.* & Conſt. 3. *Procœm.* ſeu *l* 1. *C. de Emend. Cod. D. Iuſtin. repetitæ prælectionis* &c. inſertis in 2. Cod. editione euulgatâ ann. Ch. 534. ex Cõt. *Card. Baron Giphan. Freimon. & Freher.* ICtis, vel Anno 536. ex *Haloand. & Broeo.* ſeu Imperij ſui ann. 8. menſe Nou. Iuſtinianus (inquam) ſe *Franciců* in titulis nominauit, à deuictis Francis, vt exponunt Interpretes. Prę cæteris *Iannus Acoſta Antec. Toloſ. Coment. ad Conſt. Procem. Inſtitutionum.* vbi verbum *Francicus* refert ad victoriam, quam de Comite Buccellino Gallorum duce tempore Theodebaldi Regis Narſes Italiæ Præfectus retulerat, quod à *Balduino*, vel Myſingero *Ibid.* videtur deprompſiſſe, qui eamdem cantilenam concinêre. Ita vt exinde crediderint aliqui Codicem hunc in vitâ Iuſtinia-

Narſetis de Buccellino victoria.

ni authoritatem aliquam, apud Gallos ſeu Francos meruiſſe.

Sed fallitur *Ianus á Coſta* nimiùm aliis credulus, Illa enim Narſetis (de Totilá vel Theiâ Oſtrogoth. regibus, & Buccelino Gallorum duce peremptis) victoria, contigit ſolùm ann. Chr. 554. al. 555 *teſtibus Cont. Sigibert. Agath. Varnefrid. & Aliis.* Regnante Theodebaldo theodeberti Auſtraſiæ & Galliarum Regis filio ac Clodouæi pronepote. Iuſtinianus tamen iam à d. Ann. 534 *al.* 536. ſe Francicum inſcripſerat, quo anno neque Narſes adhuc in Italiam venerat, & multò minùs Buccelinum deuicerat, quippe qui ſolùm ann. 546. cum Belliſario & ann. 553. ſolus Italiæ præfectus fuerit. Ianus à Coſta notatur in expoſitione verb. *Francicus.*

Vnde veritas eſt Iuſtinianum de tempore editi Codicis, quo ſe *Francicum* dixit, neque Francos, neque Franciam deuiciſſe *vt obſeruat* Card Baron. *in Annal. an.* 533 *ſect.* 13. Iuſtinianus nunquam Francos deuicit

Neque ſtat, ſi diceres hanc *Francici* inſcriptionem ab exſcriptoribus MSS. Codicum poſt annum 554, vel 555. adiectam fuiſſe; Ex eo quod, nec apud Theophilum (qui paulò poſt Iuſtinianum vixit) in ſuâ ad Conſt. Procemialem *Imperial. Inſtitut* Paraphraſi legitur illa titulorum inſcriptio *Imperatoris Inſtitutionibus* præfixa. Nec etiam in Procemiali Conſt. 3. *Codicis Gallici* Biblioth. Regiæ *ſupra pag* 363. qui ſcriptus dicitur Theodeberti tempore *vt Infra pag.* 396. Obiectio.

Equidẽ pluribus oſtenditur argumẽtis Iuſtinianum ante ann 538 in ſuis Inſcriptionibus *Francicum* ſe nominaſſe; Ergo Francici tituli aſſumptio, nec ab exſcriptoribus priuatis, nec ab Anno 554. vel 555. accepit originem, ſed Solutio

,, *Conſt. Inſtit* Partim *inquit* à nationibus deui-
,, ctis, partim ab anterioribus Impp. hæc no-
,, mina ſumpſit.

Vnde ſicut Cæſaris nomen à Cæſare, & Flauij à Conſtantino magno, & Pij ab Antonino, qui titulum illum ad ſeqq. Impp. transmiſit *Anno* 78. dicitur accepiſſe: ita & *Francici* nomen (exemplo maiorum) potuit à Camillo Romano, qui Gallo-ſenonas Romæ priùs victores deuicit ann. V. C. 364. Vel ab Æmilio & Marcello, qui aduerſus Gallos Inſubres de Rege eorum Viridomaro ſpolia reportârunt ann. V. C 528. 530. 531. Vel â Iulio Cæſare, qui poſt nouennale bellum Gallias in prouinciam redegit ann V. C. 694. Vel ab Aureliano ann. Chr. 272 à quo ciuitas Aureliana extructa eſt ann Chr. 273. Vel à Probo Imp. qui Francos è Gallia expulit ann. Chr. 279. Vel à Conſtantio Conſtantini magni patre, qui Francos ſeu Francones Germaniæ populos (*vt exponit Io Fab. in Proœmiali Conſt. Inſtit* Verb. *Francicus*) ab Hollandiâ vbi ſedes poſuerant, & Galliarum locis occupatis ſub Galieno Imperatore anno Chr. 269 depulit Ann. 304. Vel à Conſtantino magno, qui Francos ſeu Gallos ad libertatem proclamantes repreſſit Ann. 325 ludiſque in Circo exhibitis quatuor Francos Beſtijs expoſuit, proindeque miſſili numiſmate lemma hoc referente *Francia Gaudium Romanorum*. Aut veriùs à Valentiniano 3. qui Ætio duce Francos Clodione rege de Gallia pulſos Ann. 414. Rhenū ſen etiā coëgit.

Vel ſi malis: Dic ideò Iuſtinianum ſe Francicum in ſuis titulis inſcripſiſſe, quod loca à Romanis per Gothos, & ab his per Francos erepta ſibi reſtitui prætėderet, prout per legatos ipſi

Marginalia: Ann. V. C. 364. Camillus. — V. C. 531. Marcellus. — V. C. 694. Iul. Cæſar — Chr. 272. Aurelianus — Chr 279. Probus. — Chr. 304 Cōſtantius — Chr 325 Cōſtātinus magnus. — Alia expoſitio tituli Francici à Iuſtiniano aſſumpti.

Theodbaldo Galliarum regi ſignificauit pag. 39.. quod à Iure minimè alienũ certis in caſibus notat *Gratia. diſc. for. 24*. *n.*

Omiſſio vero titulorũ Alemãnici Gothici, Frãcici &c. in Codic. Gallico *de quâ ſupra pag. 389* vnde omiſſ. tit. Iuſtinia. in Cod. Gall.
Refer n la eſt ad affectatam traductoris breuitatem, aut veriùs incuriam, qui titulos illos non omiſit in princ. *l.* 1 *C de Off. praef. praet. Afric.*

Sciebat equidem Iuſtinianus anno 529 ad Imperium euectus, Franc cum Imperium ante 109 annos fun latum, victoriis aduerſus Gothos & alios qui Romanum Imperium diripuerant auctum: tùm à Merouæo, Clodouæo eiuſque filiis regni ſucceſſoribus ſtabilitum fuiſſe *vt ſupra pag.* 380.

Et I. Valentinianus 3. Imp. tranſmiſſis ad Merouæum Franciæ Regem legatis ann. Chr. 450 vt arma Gallorum, Romanis Ætio duce ſociaret aduerſus Attilam Hunnorum Regem in campis Catalaunis ſuperatum, Gallicam Monarchiam agnouerat. Item Anaſtaſius Imp. delatâ Clodouæo circa Ann. 509. Patritiatus Imperii dignitate *ex Gregor. Turonen* Imo Iuſtinianus ipſe ann. Chr. 536. Imperii 9 *ex Procop. lib.* 1. *bell. goth. fol.* 151. ſcripſerat ad Theodebertum & Clotarium Clodouæi filios & Franciæ Reges, eorumque fœdus aduerſus Theodatum Oſtrogoth. Regem precibus ac muneribus exorauerat *teſte Procop. ibid.*

Ann. Chr. 450. Valentinianus 3. Imp.

509. Anaſtaſius Imp.

537. Iuſtiniani fœdus.

2. Cum vario marte de Galliis inter Francos Clodouæo Rege, Burgundiones Gondibaldo rege, & Oſtrogothos Theoderico Italiæ rege, & Viſigothos Alarico Iun. Rege certatum eſſet aduerſus Imperium Romanum vſque ad Odoacri Italiæ 1 regis Ann. 476. necnon Theodorici Oſtrogoth. ac Italiæ 2. regis tempora Ann.

Odoacer Iul. Ital. rex.

Galliis relicta ſeu tas viu legib. Romanis.

filio, Theodorico, & Alarico Iuniore filio Eurici Amalarico, aliiſq; Viſigoth. vel Oſtrogothorum Regibus, qui ab ann. Chr. 409. ad 37 gallias ſeu partes illarum occuparunt, ſed & à Clodouæo Theodeberto eius ex filio nepote, Carolo magno, & D. Ludouico Francorum Regibus relicta eſt *vt infra pag. 387.*

Origo Galliæ Iuris Scripti & Conſuetudinariæ.

Quò factum eſt, vt Populi ſeu Ciuitates, quæ viuere legibus Romanis elegerint, nomen galliæ *Iuris ſcripti* in hunc vſque diem retinuerint; quæ verò legibus Francicis ceu propriis conſuetudinibus; nomen galliæ *Conſuetudinaria* vendicarint, *vt enarrant* Petr. de Marca *Hiſtor. Bearnen. lib.* 5. *cap.* 2. Ciron. *Obſ. Iur Canon. lib.* 5. *cap.* 1. 5. *&* 6, Chopin. *in Præfat. ad Conſuet. Niuern.* Boer. *in Præfat. ad leg. Longobard.* Quænam verò fuerint hæ Romanę leges, quæ à Pharamundo, ad Iuſtiniani tempora locum in gallia Iuris ſcripti habuere? Sectio ſequens aperiet.

SECTIO Vª.

De Legibus Romanis ante Iuſtinianum ſeruatis in Galliâ

LEges Romanas in Gallia antè Iuſtinianũ pro diuerſitate temporum viguiſſe, fuit *Sectionibus præcedentibus* expoſitum. Sed hic inſpectio eſt, quid hæ leges continerent, & vbi continerentur?

I Igitur redactis in Prouincias 3. à Iulio Cæſare Galliis ann. V. C. 694 & Iure Ciuitatis Romanæ donatis *vt ſupra pag.* 377. Conſiſtebant leges Romanæ in Edictis Prætorum, SC

Reſponſ

Reſponſis prudentum & *Placitis* Cæſaris tranſmiſſis ad Præſides Prouinciarum, qui Iudices dabant, vel Ius dicebāt. *vt ſupra pag.* 326. *in fin.*

2. Circa Auguſti initia ann. V. C. 728. In Edictis Prætorum ab Offilio ICto Collectis, & Reſponſis Prudentum in varios libros diſperſis & Conſtitutionibus Cæſarum ex lege Regiâ ann. V.C. 729. ortis & ad præſides tranſmiſſis. *vt ſupra pag.* 334. Edictū Offilij

3. Adriani temporibus Ann. Chr. 134 In Edicto perpetuo per Saluium Iulianum *de quo pag.* 335. compoſito, variis veterum ICtorum, libris & Cæſareis ab Adriano ad Maximianum incluſiuè Conſtitutionibus in Codices Gregorianum & Hermogenianum ann. Chr. 270. & 306. coniectis, quorū hoc eſt veterū ICtorum & Codicum Gregor. ac Hermog. varia Fragmenta MSS. extant in Bibl. Regiâ. *paſ.* 182. Edictū Iuliani.

Circa quod obſerua conſtitutiones aliquas *Diocl. & Maxim.* per errorem ſcriptoris ex Hermogeniano in finem Gregoriani tranſpoſitas fuiſſe, nam Gregorius IC tempore Gallieni ſed Hermogen. tempore Diocl. floruerê *vt ſupra pag.* 182 & 336. ad quod *Cuiacius* apicum alioqui indagator non aduertit in ſuâ editione *ſupra pag.* 182. Sed ante me notauit id *Cambolaſſ. de Progreſſ. Iur. Rom.* Obſeruatio ad Codice Gregor.

4. Sub Theodoſio Sen. Ann. Ch. 392. In veteri Codice Theodoſiano (qui non extat) continente conſtitutiones à Diocl. & max. excluſiuè. vbi deſinebat Hermogenianus Codex ad ſua vſque tempora, *vt Broeus notat*, & probat *Nouell. Theodoſ. Iunioris* 35. *de Confirm. leg. nouell. Theodoſ.* Quem deinde Theodoſius Iun. in Codicem à ſe confectum transformauit. Codex Theodoſ. ſenior.

5. Sub Theodoſio Iun. Ann. Chr. 435. al. 437

odex Theos. Iuni. conſiſtebant Romanæ leges In Codice Theodoſiano, qui hodie extat, continente conſtitutiones omnes à Conſtantino magno incluſiuè ad ſua tempora *de quo ſupra pag. 184. & 357.*

His legibus gallia Romana ſeu Iuris ſcripti ad Iuſtinianum vſque reſpectiuè vixit; Conſuetudinaria verò moribus Francorum, gothorũ & Longobardorũ *ſectione ſequenti* expoſitis

SECTIO VI.

De Legibus Francorum ante Iuſtinianum ſeruatis in Gallia.

eges Saly. LEges Salycę ab Anno quidem Ch. 269. editæ, & à Pharamundo ann. 424. confirmatæ *vt ſupra pag. 383.* fuerunt 1æ Francorum leges quibus Francia vixit *teſte Ciron. obſ. Iur. cano. lib 5 cap. 6. & 7.*

eges Francæ. 2. Varias leges à ſuis pro tempore Regibus accepit præ cęteris Chilperico, Clodouęo, & Theodorico Clodouæi filio, aliiſque ſucceſſoribus, quę vel non extant, vel in Capitulari Cod Caroli magni ſeu Ludouici Pij ſunt inſertæ *de quibus Infra pag. 387. in fin.*

eges Euricianæ. vel Theodorianæ. 3. Pro tempore quo gallia paruit gothis; admiſit leges ab Euarico *al.* eurico. *al* eruigio. *al* durico & *al* Theodorico nuncupato Viſigoth. rege editas, qui fuit filius Theoderici Viſigoth. Regis & Pater Alarici Iunioris; Regnauit verò tempore Leonis Imp. Rom. ſub quo Hiſpaniam, tum Maſſiliam & Arelatem ſub Zenone Imp. occupauit Ann. Ch. 474. & obiit Arelate Is Iᵘˢ. gothis leges ſcriptas dedit æra Auguſti,

504. ſeu Chr. 466. *teſte Iſidor. in Chron.* partim ex Theodoſiano Hermog. & Gregor. Codicibus, partim ab Vlpiani & Caij Fragmentis, partim à moribus propriis depromptas *teſte Cambolaſſ.* Vnde vulgariter appellatæ ſunt leges Theodoricianæ ab hoc Theódorico Viſigoth. rege *al.* Eurico dictæ, non autem à Theodorico eius patre vel alio eius fratre, nec à Theodorico Oſtrogoth. ſeu Italiæ Rege, nec à Theodorico Clodouæi filio, quorum nominum æquiuocatio plures decepit *teſtib. Ciron. obſ. Iur. lib. 5. cap. 1. & Boer. Præfat. ad leg. Longob.*

Theodorici Reges 5. ferè coætanei.

4. Inter Gothorũ leges refertur Codex Alaricianus editus Toloſæ ann. 505. tẽpore Zenonis Imp. Rom. & Clodouæi Francorum Regis cuius ſororem Audeflecã Theodoricus Oſtrog. rex Alarici ſocer. in vxorẽ acceperat *Iornand. de reb. getis. c. 58.* & continebat Epitomem legum Theodoſiani Codicis quibuſdam Aniani interpretationibus auctum, (qui conſiliarius Alarici non Cancellarius fuit, vt plures decepti ſunt. *teſtib Cuiacio & Cambolaſſio* & probat edictum Alarici anr. regni 22. Chr. 505.) deinde Caroli magni ſubſcriptione confirmatum ann. regni 20. Ch. 794 *vt ſupra pag. 188. & 346.*

Codex Alaricianus.

5. Legibus Longobardicis vſa eſt Gallia, quas ann. Chr. 636. Fl. Rotharis 7 Longob. Rex, in ſcriptis I^us. redegit, tùm alij in regno ſucceſſores varia capitula addidère; Inter quos Carolus magnus, qui Longobardis anr. Ch. 774. deuictis ſe regem Galliæ & Longobardiæ nominauit; tum Anr. 801. cauit Galliam Ciſalpinam deinceps Lombardiam appellari. Tandem è Longobardicis legibus capitularem Codicem compoſuit, & Ann. 814. Ludouicus

Leges Longobardicæ

Capitularis Codex Caroli magni.

eius filius additis nouis legibus reformauit *teſte Freher. in Chronol. ann.* 814, & latè *Boer. in Præfat. ad leges Longobard.* Ciron. *obſ. iur. cano. lib.* 5. *cap* 4. de quibus *ſupra pag.* 346.

SECTIO VII.

De Authoritate Cod. Iuſtinianæi apud Gallos in vitâ Iuſtiniani.

Ab an. Ch. 534. *al.* 536. *ad an.* 564. *al.* 566

QVamuis ſupra 100. annos antè Iuſtinianum, Pharamundus Franciçę Monarchiæ fundamenta poſuiſſet ab ann. Chr. 420. Tùm Merouæus ac Clodouæus eiuſque filii firmaſſent victorijs aduerſus Gothos, Burgundiones, & Romanos relatis, Iuſtinianus tamen in Conſt. *Procem. Inſtitut. incip. Imperatoriam.* & Conſt. *Procem.* Δέδωκεν *Pand. Flor.* & Conſt. 3. *Procem.* ſeu *l* 1. C. *de Emend. Cod. D. Iuſtin. repetitæ prælectionis* &c. inſertis in 2. Cod. editione euulgatâ ann. Ch. 534. ex Cōt. *Card. Baron Giphan. Freimon. & Freher. ICtis*, vel Anno 536. *ex Haloand. & Broeo.* ſeu Imperij ſui ann. 8. menſe Nou. Iuſtinianus (inquam) ſe *Franciců* in titulis nominauit, à deuictis Francis, vt exponunt Interpretes. Prę cæteris *Ianus Acoſta Antec. Toloſ. Coment. ad Conſt. Procem. Inſtitutionum.* vbi verbum *Francicus* refert ad victoriam, quam de Comite Buccellino Gallorum duce tempore Theodebaldi Regis Narſes Italiæ Præfectus retulerat, quod à *Balduino*, vel Myſingero *Ibid.* videtur deprompſiſſe, qui eamdem cantilenam concinêre. Ita vt exinde crediderint aliqui Codicem hunc in vitâ Iuſtinia-

[Margin: Iuſtinianus Franciců dicit.]

[Margin: Narſetis de Buccellino victoria.]

ni authoritatem aliquam, apud Gallos ſeu Francos meruiſſe.

Sed fallitur *Ianus á Coſta* nimiùm aliis credulus, Illa enim Narſetis (de Totilá vel Theiâ Oſtrogoth. regibus, & Buccelino Gallorum duce peremptis) victoria, contigit ſolùm ann. Chr. 554. al. 555 *teſtibus Cont. Sigibert. Agath. Varnefrid. & aliis.* Regnante Theodebaldo theodeberti Auſtraſiæ & Galliarum Regis filio ac Clodouæi pronepote. Iuſtinianus tamen iam à d. Ann. 534 *al.* 536. ſe Francicum inſcripſerat, quo anno neque Narſes adhuc in Italiam venerat, & multò minùs Buccelinum deuicerat, quippe qui ſolùm ann. 546. cum Belliſario & ann. 553. ſolus Italiæ præfectus fuerit.

Ianus à Coſta notatur in expoſitione verb. *Francicus.*

Vnde veritas eſt Iuſtinianum de tempore editi Codicis, quo ſe *Francicum* dixit, neque Francos, neque Franciam deuiciſſe *vt obſeruat Card* Baron. *in Annal. an.* 533 *ſect.* 13.

Iuſtinianus nunquam Francos deuicit

Neque ſtat, ſi diceres hanc *Francici* inſcriptionem ab exſcriptoribus MSS. Codicum poſt annum 554. vel 555. adiectam fuiſſe; Ex eo quod, nec apud Theophilum (qui paulò poſt Iuſtinianum vixit) in ſuâ ad Conſt. Procœmialem *Imperial. Inſtitut* Paraphraſi egitur illa titulorũm inſcriptio *Imperatoris Inſtitutionibus* præfixa. Nec etiam in Procœmiali Conſt. 3. *Codicis Gallici* Biblioth. Regiæ *ſupra pag* 363. qui ſcriptus dicitur Theodeberti tempore *vt Infra pag.* 396.

Obiectio.

Equidẽ pluribus oſtenditur argumẽtis Iuſtinianum ante ann 538 in ſuis Inſcriptionibus *Francicum* ſe nominaſſe; Ergo Francici tituli aſſumptio, nec ab exſcriptoribus priuatis, nec ab Anno 554. vel 555. accepit originem, ſed

Solutio

LectioPand. Flor. habet titulum Francicus.

veritùs ab ipſâ Codicis (quæ ſolùm extat) 2a editione anni 534. *al.* 536.

I. Siquidem *in Pandect. Flor.* quas (Archetypum Triboniani putat Budæus, *vt ſupra pag.* 369. Ego Antiquiſſimum & accuratius aliis MS^um^ *ſupra pag.* 369. hæc; Francici tituli Inſcriptio legitur *in Conſt.* P*roœmiali* Omnem. *In Conſt.* 3 Tanta *& in conſt.* 4. Δέδωκεν verſ. Φράγκικος *de Confir. Digeſt.*

Ann. Chr. 538. Theodebertus Nummũ aureum Primus cudit in Gallia.

2. Conſtat Theodebertum Clodouæi ex filio nepotem ac Auſtraſiæ Gallicæ Regem ann. Chr. 538. factis & verbis hanc *Francici* Inſcriptionem ægretuliſſe; Eâque de cauſâ *vt Romuald. ait Chronol. to. 2.* tunc aureum nummum I^us^ in Galliâ fabricauit, qui ſolam ſui effigiem referret, nullam verò Iuſtiniani, licet Perſarum aliique Reges nummos ſolùm argenteos, ſed aureos nullos niſi Imp. effigie impreſſos cuderent, eo quod aliter cuſos etiam Barbari in commercio non admitterent: *ex Procop. lib. 3. de bell. Goth. fol. mihi* 386. de quo nummo meminit *Mornac. ad l. 2. §. 2. C. de Offic. Præf. prætor. affric. & Fumæus de reb. goth. lib. 6.*

547. Theodebertus legatos ad Gepidas &c. contra Iuſtinianũ deſignat.

3. Idem Theodebertus ſeu genio ſeu victorijs elatus, cum Liguriam & vicinas prouincias ann. Chr. 547. Totila vero Romam occupaſſet, Narſetis interim exercitu in Italiâ detento deſtinauerat ann. 550. Legatos ad Gepidas, aliaſque gentes conterminas, pro ineundâ, aduerſùs Iuſtinianum è Byzantio depellendum, ſocietate, minimè tolerandum ratus *vt Agathias ait Grotio Interprete lib.* 1. *fol.* 533. quod „ Iuſtinianus Francicum ſe, Alemannicum, Ge„ pidicũ, &c. ſcriberet, quaſi earũ omniũ debel„ latori ac dominus, neque id indignabatur mo-

„ dò ipſe, ſed & alios vt dedecoris particip.
„ irritabat. *hactenus Agathias.* Sed ſuperueniá interim Theodeberti mors ann. Chr. 550. *ex Contio* al. 551. conſilium eluſit.

550. Mors Theodeberti

4 Poſt Theodeberti mortem Idem Iuſtinianus, quò iactantiæ tituli Francici labem, acquiſitione partis detergeret. circa ann. Chr. 552. ad Theodebaldum Theodeberti filium regnique ſucceſſorem, transmiſit legatum nomine Leontium, qui ſuaderet Liguriæ aliorumque à Theodeberto occupatorum locorum reſtitutionem, necnon in Totilam & Gothos, in quos Theodebertus pater cum Iuſtiniano fœdus inierat, armorum coniunctionem, *vt narrat Procop, lib. 4 bell. goth. Grotio Interprete fol.* 483. Cui Theodebaldus negauit ea loca à Iuſtiniano, ſed Imò à Gothis Imperii Romani hoſtibus, Patrem ademiſſe; Gothos verò exinde factos Francis amicos. Quò factum eſt vt Franci poſt mortem Teiæ vltimi Oſtrogoth. regis, neque pro Iuſtiniano, neque pro Gothis in Italiâ aperto marte pugnauerint, Nam licet Comes Buccellinus ad Gothos Galliarum copias duxerit, id Theodebaldo minimè probante peregit, *vt teſtatur Agathias libr. 4. bell. goth. Grotio Interpr.* verſic. *Leutharis & Butilinus* (*al. Bucelinus*) *quamquam rege ſuo non probante Gothorum ſocietatem induerunt fol.* 136.

552. Iuſtinianus ad Theodebaldum legatos mittit.

Quid in hâc Interpretum anxietate, ad Iuſtiniani defenſionem (à quo nefas recedere) ſit dicendũ? Accipe: Aſſumpta hæc *Francici* tituli Inſcriptio non ad proprias Iuſtiniani, ſed præceſſorum victorias omninò referenda eſt, ex ipſius Iuſtiniani intentione, prout ἐν προοιμίῳ *Iulius Pacius* cenſuit *in Notis ad Proœm.*

Vera expoſitio aſſumpti à Iuſtiniano tituli Francici.

„ *Conſt. Inſtit.* Partim *inquit* à nationibus deui-
„ ctis, partim ab anterioribus Impp. hæc no-
„ mina ſumpſit.

Vnde ſicut Cæſaris nomen à Cæſare, & Flauij à Conſtantino magno, & Pij ab Antonino, qui titulum illum ad ſeqq. Impp. tranſmiſit *Nou.* 78. dicitur accepiſſe: ita & *Francici* nomen (exemplo maiorum) potuit à Camillo Romano, qui Gallo-ſenonas Romæ priùs victores deuicit ann. V. C. 364. Vel ab Æmilio & Marcello, qui aduerſus Gallos Inſubres de Rege eorum Viridomaro ſpolia reportârunt ann. V. C 528. 530. 531. Vel â Iulio Cæſare, qui poſt nouennale bellum Gallias in prouinciam redegit ann. V. C. 694. Vel ab Aureliano ann. Chr. 272 à quo ciuitas Aureliana extructa eſt ann. Chr. 273. Vel à Probo Imp. qui Francos è Gallia expulit ann. Chr. 279. Vel à Conſtantio Conſtantini magni patre, qui Francos ſeu Francones Germaniæ populos (*vt exponit Io. Fab. in Proœmiali Conſt. Inſtit.* Verb. *Francicus*) ab Hollandiâ vbi ſedes poſuerant, & Galliarum locis occupatis ſub Galieno Imperatore anno Chr. 269. depulit Ann. 304. Vel à Conſtantino magno, qui Francos ſeu Gallos ad libertatem proclamantes repreſſit Ann. 325 ludiſque in Circo exhibitis quatuor Francos Beſtijs expoſuit, proiecto miſſili numiſmate lemma hoc referente *Francia Gaudium Romanorum.* Aut veriùs à Valentiniano 3. qui Aëtio duce Francos Clodione rege de Gallia pulſos Ann. 414. Rhenū [illegible] coëgit.

Vel ſi malis: Dic ideò Iuſtinianum ſe Francicum in ſuis titulis inſcripſiſſe, quod loca à Romanis per Gothos, & ab his per Francos erepta ſibi reſtitui prætenderet, prout per legatos ipſi

Margin notes:
Ann. V. C. 364. Camillus.
V. C. 531. Marcellus.
V. C. 694. Iul. Cæſar
Chr. 272. Aurelianus
Chr. 279. Probus.
Chr. 304 Cõſtantius
Chr. 325 Cõſtãtinus magnus.
Alia expoſitio tituli Francici à Iuſtiniano aſſumpti.

Theod baldo Galliarum regi ſignificauit pag. 39.. quod à Iure minimè alienũ certis in caſibus notat *Gratia. diſc. for. 24* .. *n.*

Omiſſio vero titulorũ Alemãnici Gothici, Frãcici &c. in Codic. Gallico *de quâ ſupra pag. 389* Referenda eſt ad affectatam traductoris breuitatem, aut veriùs incuriam, qui titulos illos non omiſit in princ. *l.* 1 *C de Off. praef. prat. Afric.* vnde omiſit Iuſtinia in Cod. Gal

Sciebat equidem Iuſtinianus anno 529 ad Imperium euectus, Franc. cum Imperium ante 109 annos fundatum, victoriis aduerſus Gothos & alios qui Romanum Imperium diripuerant auctum: tùm à Merouæo, Clodouæo eiuſque filiis regni ſucceſſoribus ſtabilitum fuiſſe *vt ſupra pag. 380.*

Et I. Valentinianus 3. Imp. tranſmiſſis ad Merouæum Franciæ Regem legatis ann. Chr. 450 vt arma Gallorum, Romanis Ætio duce ſociaret aduerſus Attilam Hunnorum Regem in campis Catalaunis ſuperatum, Gallicam Monarchiam agnouerat. Item Anaſtaſius Imp. delatâ Clodouæo circa Ann. 509. Patritiatus Imperii dignitate *ex Gregor. Turonen.* Imo Iuſtinianus ipſe ann. Chr. 536. Imperii 9 *ex Procop. lib.* 1. *bell. goth. fol.* 151. ſcripſerat ad Theodebertum & Clotarium Clodouæi filios & Franciæ Reges, eorumque fœdus aduerſus Theodatum Oſtrogoth. Regem precibus ac muneribus exorauerat *teſte Procop. ibid.* Ann. Chr. 450. Valentinianus 3. Imp. 509. Anaſtaſius Imp. 537. Iuſtiniani fœdus.

2. Cum vario marte de Galliis inter Francos Clodouæo Rege, Burgundiones Gondibaldo rege, & Oſtrogothos Theoderico Italiæ rege, & Viſigothos Alarico Iun. Rege certatum eſſet aduerſus Imperium Romanum vſque ad Odoacri Italiæ 1 regis Ann. 476. necnon Theodorici Oſtrogoth. ac Italiæ 2. regis tempora Ann. Odoacer Ius Ital. rex.

Theodoricus a Ital. rex. 493. Tandem Iuſtiniano Ann 529. ad Imperiū ſucceſſo, tota Narbonenſis Occidentalis, ſeu Trans Rhodanuā â Galliâ ad Francos ann. eodem 529 peruenit, Amalarico Viſigoth. ceſo, Reliquâ Cis Rhodanuanâ Galliâ ſeu Narbonenſi Orientali penes Athalaricum Oſtrogoth. remanente *vt ſupra pag.* 382. 383.

Theodatus Oſtrog & Ital. rex. Donec Theodatus Oſtrogoth. rex ann. 534. cùm non poſſet Italiam & Galliam ſimul defendere aduerſus duos hoſtes Beliſarium & Theodebertum Galliarum regem, hanc Galliæ Cis-Rhodanūanæ ceſſione ſibi conciliauit

537. Ceſſio Theodati. Ann. Chr. 537. *Procop. lib* 1. *fol.* 179 Cui ſuccedens Viriges ſtatim hanc ceſſionem conuocatis Gothorum proceribus ann. 537. titulo oneroſo confirmauit, quippe cui poſtea auxiliares

537 Vitigis confirmatio. Burgundionum copias clàm tranſmiſerit, ne ſcilicet fœdus cum Iuſtiniano priùs in Gothos initum de quo ſupra *pag.* 393. violaſſe videretur *ex procop. lib* 1. *fol*. 179. & 180.

3. Tandem ann. Chr. 550. dum à Gothis Romanum *Imperium* diſcerpitur, ne maius à

Ann. Chr. 550 Iuſtiniani aſſenſus. Francis (qui iam ab ann. 547. Theodeberto rege Liguriam & vicinas terras occupauerant) damnum acciperet, *Iuſtinianus* ipſe poſſeſſionem terrarum tunc ab illis detentarum, aſſenſu firmauit. *teſte Procop. de bell goth. lib* 3. *fol.* 386.

4 Demum Idem Iuſtinianus *in l.* 2 *§.* 2 *ibi vel Gallia, ſiue Francorum* Cod. *de Offic. Præfect. pretor Afric.* &c. quam edidit *Anno ſui Conſulatus* 4. *ſeu Chr.* 534. *Idib. April.* Galliam recenſet inter Prouincias Imperio Romano limitrophas ad traiectum *ſepta* dictum, ſeu diſtrictum *Gilbratar* quâ lege probari Gallos Iuſtiniani ætate Imperio Ro

mano minimè obnoxios fuiſſe notat *Mornacius ibid.*

Ex his conſequitur in vitâ Iuſtiniani Codicem Iuſtin anæum in Gallia nullam authoritatem habuiſſe, ſed ſolum Theodoſianũ aliaſque leges *de quibus pag. 386. & 8*, ſuam in Galliâ authoritatem ſartam tectam conſeruaſſe. Codex in vita Iuſtiniani non receptus.

SECTIO VIII.

De Authoritate Cod. Iuſtinianæi in Galliâ; Ab obitu Iuſtiniani, ad Philippum 2um. Gall. Regem.

Ab Ann. Chr. 564 al. 565. ad Ann. 1190.

ADeo fuit inuiſum Gothis & Francis Iuſtiniani nomen, vt quamuis deuictos Galliarum populos legibus Romanis viuere & iudicari ſinerent *vt dixi pag. 378 384.* nunquã tamen ex Iuſtinianæo Codice Ius dici permiſerint, ſed Theodoſiano ſolùm, cuius appellatione Romanas leges intelligebant, *vt ſupra pag. 386.* Gothorum & Francorũ in Iuſtinianum odium.

Vnde quod Rotharis Longobardorum Rex in ſuo Codice legum Longobardicarum ann. Chr. 636 & Carolus magnus ac Ludouicus Pius eius filius in ſuo Capitulari ann 8 4. nullam de Iuſtinianæo Codice mentionem fecerint: Imo nihil ex illo ſed ferè totum è Theodoſiano deprompſerint; Referendum eſt ad odium in Iuſtinianum è Gothis ad Francos tranſmiſſum ex commixtione cum illis & Longobardis habitâ, præſertim poſt ann. Ch. 570. à In Capitulari Caroli magni nulla de legib. metio

qu a etiam tum G llica, tùm Romana lingua corrupta cum moribus fuere;

Linguæ à Gothis Corruptæ.

Siquidem vanitas eſt prætexere illius temporis ignorantiam, quaſi tunc ille I ſtinianæus C dex i a d litteſceret, vt vel nunquam vel nu li in G ll â ante I nerianam ab ann. 1 30. editionem innotuerit, prout argumento nec negatiuo (hoc eſt futili & erron o vt indicaui E i Epiſt. ad Naudæum typis Cramoſianis edita Pariſijs ann. 1652 pag 12. & 13) arguunt Frehe. d. Epiſt. ad Rodulph. & Cambolaſſius loc. citat.

Argumentū n ere negatiuum, erroneum.

1. Etenim frequens illa Theodeberti Franciæ Regis conqueſtio de aſſumpto per I ſtinianum *Francici* titulo *vt ſupra pag.* 39 ſatis argu t longè ante I neriū præſumptā in Gall â ſcientiā editi a Iuſtiniano Codicis, qui t tulū illum *Francicum* pluribus in locis præſeferebat.

Iuſtiniani Codex Gallijs nunquā incognitus

2. I ſi Iuſtinianæi Codicis M S. Gallica traductio à Cuiacio commendata *ſupra pag.* 363. in Bibl. Regiâ Nu 37. (quem à Perilluſt I cobo Caſſanæo Bibl. Regiæ Ierophilace humaniſſimè xhibitum Α'υτοψὶς inſpexi) licet dici non poſſi facta ante Irnerium, ob inſertas in eo authenticarum ſummulas ab Irnerio Codici præfixas, *de quibus pag* 364. Attamen quia non longè poſt, ad antiquius Irnerio M S. ᵐ carens dd. authent. ſummulis, facta oſtenditur *pag* 397. Validè infertur notitia Iuſtinianæi Codicis in Galliâ ante Irnerianam editionem.

Si quæras tempus d. traductionis ? I 'a eſt ad Philippum 2ᵘᵐ circa ann. Chr 1190. referenda, quô nempe Placentinus in Galliâ I s Iuſtinianæum Ius publicè docendo introduxit, ad quod licentiâ opus fuit, *vt Infra pag* 399. cum ex illius introductione veniret neceſſaria

Theodoſiani Codicis in vſu poſiti abrogatio *vi ag.* 400. Vnde quò facilius intelligeretur ex à Iuris mutatione quæ periculoſa eſt *Arthur. de auth. Iur. Ciuil. lib. 2. cap 6* mihi derogari Publico Iuri Galliæ, facta dicitur illa traductio ex antiquiſſimis Iuſtiniani Codicis MSS. quæ ante Irnerium extitiſſe in Galliâ conſtat, tùm à notatis *infra pag. 389.* tùm ex MSS. Sigueriana Bibl. quæ Irnerij ætatē excedēt b. Cod. Iuſti traductio Gallica ſub Philippo 2.

Cui coniecturæ fauet, nedùm defectus contractū ac diuiſionū, qui ſummum præbet ſcripturis antiquitatis indicium *ex Caſſiodor. lib. de diuin. lection. Contio & Pacio in not marg. ad Præfat. Taurel. Pand. Flor.* ſed etiam Gallicismi antiquitas Philippi 2. tempora redolens, & affectata breuitas, quâ paſſim traductor duo ſynonima vnico exprimit, innuens ex eo ad priuatam potius quam publicam inſtructionem emanaſſe. Quæ ſimúl iunctæ coniecturæ, Philippi 2 tempora includentes, alia conſequenter excludunt ex regula *in l. cùm prætor 12 ff de iudic.*

3. Legatorum illa à Iuſtiniano ad Theodebertum tranſmiſſio ann. Chr. 537. & ad Theodebaldum Theodeberti filium Ann. 552 *de qua ſupra pag.* 391. 393. nec non alia Legatorum à Theodebaldo ad Iuſtinianum tranſmiſſio *de quâ Procop. de bell. goth. lib. 4. fol. mihi* 483 arguunt veriſſimilē in Galliâ medio d. Legatorū Iuſtinianæi Codicis notitiam, cùm ille Codex Conſtantinopoli vbi Iuſtinianus ſedebat publicè & doceretur & ex eodem Ius diceretur. Ann. Chr 798. Academiæ Pariſienſis Inſtitutio

4. Ea quæ in Carolo magno vigebat promouendi ſcientias ſollicitudo & Inſtitutio Pariſienſis Academiæ ſub eius regno ann. Chr. 798. *teſte Genebrardo Pariſienſi*, ſuadent quod ea quæ florebat Conſtantinopoli, legum ex Iu-

ſtinianæo Codice ſc. nti., minimè fuerit ei incognita maximè poſt tranſactionem cum Nicephoro Or. Imp. initam ann. Chr. 802. per quam Imp Or. ac. Occ. dicti ſunt Fratres *vt ſupra pag. 346.*

§ Iuo Carnotenſis, qui Ann. Chr 1093. Regnante Ludouico 6 dicto Craſſo. ſuum ſcripſit Decretum & ſic 37 annis ante Irnerium pluribus in locis allegat Iuſtinianæum Codicem Signum euidens in Gallia Iuſtinianæum Codicem tam ante Rotharicam Iuris longobárdici quam ante Irnerianã editionem *de qua ſupra* minimè in vſu poſitũ fuiſſe, nec in Academiis publicè expoſitum, niſi ann. Chr. 1193. Regnante Philippo 2 Gall. Rege. ſedente Clem. 3. Pont. max. Imperante in Occ. Henrico 6. & in Or Iſaac. Angelo *vt ſect. ſequenti.*

Iuſtinianæus Codex ante Irnerium cognitus in Gallia.

SECTIO IX.

A Philippo 2. Ad Ludouicum 14.

Et Quid ſit Gallia Iuris ſcripti

Ab Ann. Chr. 1190. *Ad Ann.* 1665.

Ann. 505. Ius Romanũ Toloſæ & Pariſiis an. 789 expoſitum.

LIcet in dubium reuocari nequeat Ius Ciuile publicè Tholoſæ fuiſſe expoſitum Ann. Chr 505. tempore Alarici Iur. Viſigoth. Regis Toloſæ ſedentis, Regnante Pariſiis Clodouæo, Item in Academiâ Pariſienſi tempore Caroli magni Ann. Chr. 789. vt probat Conſtitutio Alariciana eiuſque ſubſcriptio à Carolo magno in calce adhibita & editioni Cuiacianæ Theodoſiani Codicis inſerta, *de qua ſupra pag* 154. & 346.

Item ante Ann. Chr. 1163. Regnante Ludo-

[11]67. vt euincit canon 8 Concilij Turonen- | Ann. Chr. 1163.
, cui præfuit Alex. 3 Pont. max. ac ſummus | Ludouic. 7
[C]anoniſta, relatus *in cap. 3. ext. Ne cleric. ſæ[cu]l. negot. ſe immiſc.* vbi monachis interdicitur
claustro relicto ſe in Academias conferant
legendum ibi leges mundanas ſeu Ciuiles.
[Ru]rsùs ante Ann. 1180. regnante Philippo 2. | 1180. Philip. 2
[di]cto Auguſto, ſub quo tantus ſcholarium con[cu]rſus Lutetiam confluebat, pro ediſcendo [I]ure, tam Canonico, quam Ciuili, vt Athenis [i]llustrior videretur *teſte Rigord. in Hiſtor. [Ph]ilip. 2.*

Ex eo tamen, niſi alia proferantur, minimè [li]cet inferre, quod tunc ſeu ante d. Annum [11]90. fuerit Pariſijs, Toloſæ, vel alibi in Gal[li]â, Iuſtinianæus Codex publicè expoſitus, [cu]m appellatione legum Romanarum & Iuris [Ci]uilis, tunc ſolus intelligeretur Theodoſianus [C]odex in vſu poſitus *vt dixi pag. 395.* & Anti[qu]a illa Iuſtinianæi Codicis apud Gallos no[tit]ia *de qua pag. 397.* priuata ſolùm eſſet, non [pu]blica. | Notitia Codicis Iuſt. in Gallia fuit priuata non publica.

Siquidem Codex hic Iuſtinianæus in Galliâ [ne]c in Vniuerſitatibus, nec in foro fuit expoſi[tu]s ante ann. Chr. 1190. ſeu tempore Philippi [2.] Gall. Reg. à quo Placentinus Irnerij Diſ[cipu]lus Bononiâ Italiæ rediens, impetratâ Iuſti[nia]næum hoc Ius exponendi licentiâ *Rebuff. in [pr]æfat. ad Conſt. Reg.* dicitur I[?] in Galliâ Ius [Ciui]le publicè docuiſſe *teſtibus Broao Frehero & [Sy]mbolaſio vt ſupra pag. 365* verſic. *Ex hoc* | Ann. Chr. 1190. Epocha Iuris Iuſtinianæi in Gallia.

A quo tempore Ius illud Iuſtinianæum ex [in]ſtituto Codice cœpit Ius ſcriptum Gallicum, [&] Regiū reputari, ex authoritate nimirùm Re[gi]s illud approbantis *l. 1. §. omnia C. de Veter. [iu]r. enucl.* Mornac. *ibid.* Sicut Alaricianus Co- | Iuſtinianæum Ius ab approbatione regis, Regium effectum.

dex à Carolo magno confirmatus euaſerat Gallicus ætate Caroli magni *ſupra pag.* 346.

Exinde nulla major, in Galliâ Iuris ſcripti, authoritas remanſit Theodoſiano Codici eiuſue Epitome Alaricianæ, quam ipſi Gregoriano vel Hermogeniano Codicibus æqualiter à Iuſtiniano abrogatis *Conſtitut.* 1. & 3. *Procemiali. Codic.* & in *l.* 1. *ac* 2. *C. de Vet. Iur. enucl.* Itaut doctrinalem tãtùm authoritatem retinuerint, in his ſolùm in quibus lectio Irneriana ſeu Germanica dubia reperitur, non in alijs *vt monui pag.* 184. & 368.

Codex Theodoſianus in Galliâ etiam dicitur abrogatus.

Quò factum eſt, vt deinceps Iuris ſcripti aut legum Romanarum appellatione in Galliâ non ampliùs intelligi valeat Theodoſianus vel alij Codices abrogati, ſed ſolùm Iuſtinianæũ Ius ex hoc reſtituto per Irnerium Codice, à quo nefas in Gallia Iuris ſcripti vel lato quidem vngue recedere in caſibus à Conſuetudine particulari vel Ordinatione Regiâ non deciſis, efficto prætextu æquitatis non ſcriptæ, quæ *ex Baldo* duplex iniquitas dicitur & *ab Ant. Fabr. in Iuriſpr. Papinian.* cerebrina appellatur. Quia in Galliâ Iuris ſcripti lex vincit rationem, non ratio legem, cum lex ſit ipſa ratio fundata in paritione debitâ Principi ac Magiſtratui Iure Gentium *l. veluti ff de Iuſt.* & *Iur Chriſtoph. Porr. Inſtit. Quib. ex cauſ. manum. non lic.*

Hodiè Iuris ſcripti appellatione ſolus Codex Iuſtinianæus intelligitur.

Æquitas nõ ſcripta duplex iniquitas.

In Gallia Iuris ſcripti lex vincit rationẽ.

Quomodo autem leges aliquæ Iuſtinianæi Codicis dicantur generali Galliæ vſu abrogatæ, quas *Bugnonius* in librum priuato Iure conieccit *Infra exponetur* §. 8. *Sect. vlt.* Vnde in Galliâ Iuris ſcripti, æquitas ſcripta licet durior ſemper præferri debet non ſcriptæ *l. proſpexit ff. qui & à quibus* Gloſſ. *in l. placuit Cod. de Iudic.*

Quod ſpecialibus etiam edictis regijs decla-

.tum eſt, vt in Prouincijs Iuris ſcripti, Imo in iis ſi de bonis, vel perſonis Iuri ſcripto ſubditis actetur, ex hoc Iuſtinianęo Codice Ius dicatur uod ideo κατ' ἐξοχὴν Ius ſcriptū appellatū eſt, t *ſupra pag.* 400. Prout de Prouinciâ Narbonēſi)ccidentali ſeu Tolcſanâ extat edict Caroli 8 nn. 1498 I. d. 18. *teſte Cambolaſſio de Progr. Iur. Rom. & Meinard. dec. Tholoſ.* 58. *n* 58. *& Qu. ur. lib. 7. cap.* 25.

Quæ ſint Iuris ſcripti Prouinciæ Galliæ.

De Narbonēſi Orientali, cis Rhodanū dictâ ſeu Gallo Prouinciâ *ſupra pag* 382. datur Edictū ſeu eſtamentū Caroli 3. vltimi Prouinciæ Comitis Ann. Chr. 1481. qui hæredē vniuerſalē inſtituit Ludouicū XI. Galliæ regem, eâ conditione, vt ſe Prouinciæ Comitem diceret ac ſubſcriberet, & ſubditos Iure ſcripto ac immunitatibus vti ſineret. quod etiam aliis edictis Caroli 8 Galliæ regis 1486. & Ludouici 12. Ann. 1498. confirmatū eſt. Et ita ſeruari teſtantur *Declaper Centur. cauſ.* . *qu.* 2 *nu.* 2 *& cauſ.* 10. *qu unic nu.* 20. *Io Bomy Miſcell. Iur Impreſſ. Aquis Sextijs.* 1654.

Idem de Senatu Delphinatenſi ex moribus & Statutis illius Prouincię *Nicol. Chorier. Hiſt. Delph lib.* 11. *in fin.* Itē de Senatibus Burdigalēſi, Bearnenſi, & Metenſi; De Præfecturâ Lugdunenſi, Foreſienſi, Matiſconēſi, Partis Arverniæ, Aliiſq; Prouinciis, quarū Appellationes licet ad ſupremū Pariſienſē Senatū deuoluantur, Prouinciæ tamē Iuris ſcripti nuncupantur, & ex mero Iure ſcripto, non Pariſienſi, ſeu Cōſuetudinario, iudicantur, ita cauente Edicto *Philippi* Pulcri de quo *Chopin. de Com. Conſuet Gall. part.* 2. §. 2 *n.* 4. Imo Burgūdię Ducatū eſſe Prouinciā Iuris ſcripti ait *Chaſsā. in conſ. Burg. tit. de ſucceſſ. Rubr.* 7

Prouinciæ Gallicæ Iuris ſcripti non ſunt Galliæ.

In Comitatu etiā Burgundiæ vulgò *Franche-Contè.* Ducatu Lothāringiæ, & Principatu Arau-

ſicenſ (qui licet ſint in Galliá non tamē ſunt de Galliâ, vt de loco ſito in diœcêſi, licet non ſit de diœcêſi dixi *P. 3. §. 8. ſect. vlt*) tat ito ſpeciali ſeu Principis ... cautū eſt, vt in quibus expreſsè à Principe diſpoſitum non eſt, inuiolabiliter Ius ſcriptum ſeu Romanum obſeruetur.

uenio Nar ... ſi Gal ... limi ... pares vi ſſitudines ... ſſia.

Similiter Status Eccleſiaſtic⁹ in Galliâ ſeu Auenicus (ſic ab Expeditoriis Cu ia Romanæ appellatus, eò quod ſit in Galliâ, licet non ſit de Galliâ) Narboneſi Galliæ limitroph⁹, pares cū illâ ſubiuit dominij viciſſitudines. Cauarib⁹ primùm Coloniæ Græcæ ductorib⁹ paruit; tùm Romanis, tùm Gothis, mox Francorū, mox Burgūdiorū, Arelatēſiū vel Siciliæ regibus, tandē Comitib⁹ Toloſæ, Barcinonæ vel Gallo Prouīciæ, pro diuerſitate tēporū. Sēper tamē legib⁹ Romanis vixit to le ... dominantium. Vt accuratè nō minùs quā eleganter *Valladerius in ſuo ad Mariam Medicaam Hercule Gallico* enarrauit.

atus Aue cus Patriæ r is ſcripti.

Demùm à 300 annis, & vltra, ad S. Sedis Apoſtolicæ ditionē velut ad PETRI nauiculæ anchorā deuēctus; in ſūmo S. Sedis Imperio ſūmâ Ciuiū libertate gubernatur, illæſis moribus regionis pro ſūmâ ac paternâ SS. Pontificū prouidētiâ; Ita ut in his quæ à Municipali Statuto vel Apoſtolicis Cōſtitutionib⁹ ſpecialē de eo ſtatu mētionē facientibus, ibidēque publicatis, prouiſa nō ſūt, Ius ſcriptū ſeu Romanū obſeruetur; Canonicū quidē in materiâ Eccleſiaſticâ vel animæ ſalutē cōcernēte, in alijs Cæſareū, *ex Theor. 10. Andr. in cap. 1. n. 5. ext. de No. op. nunc.* Bertrand. *C. Carpēt orac. conſ. 12. n. 10. vol. 2. p. 2.* Tutior exinde PETRI clauib⁹ quā armis, regitur à Legatis ſūmâ cū poteſtate Vicariat⁹ Papæ in ſpiritualib⁹ ac tēporalib⁹, inſtar Alterius ROMÆ, quô etiam nomine Cōſtātinopolim Iuſtinian⁹ decorauit *in l. 1. §. ſed & ſi. 10. verſ. Romam.* Cod. *de Vet. Iur. enucl.*

SECTIO X.

De Authoritate Iuſtinianæi Iuris in Galliâ Conſuetudinariâ.

SIcut in Galliâ Iuris ſcripti lex vincit rationem *vt ſupra pag.* 400. Sic in Gallia Conſuetudinariâ Ratio vincit legem; Quia lex hîc ſolam rationis ſcriptæ vim obtinet interpretationi Conſuetudinis deſeruiens *Coquill. Præf ad Cõſuet. Niuer.* Boër *Præf. ad leg. longob.*

Imo retento themate Galliæ Conſuetudinariæ, vbi conſuetudo vel Ordinatio regia ſpeciatim non diſpoſuit, præcisè Ius ſcriptum attenditur, & conſuetudo dubia per Ius ſcriptum declaratur. *Iguinar. Bar. de re benefic. lib.* 1. *tit.* 3. Charond *reſponſ. Iur. Gall. lib.* 3 *tit de legat cap.* 87. Ranchin. *lib* 2. *var lect. cap.* 3. latè *Mornac. obſ. ad l.* 1. §. *tot Authorum C. de Vet. Iur. enucl.* Non ſecùs ac Ius Pontificium, in caſibus ab eo non deciſis, minimè dedignatur ſequi Ius Cæſareum, vt Lucius 3. ait *in c.* 1. *&* 2. *ext. de No oper. nunt.* & *Infra* §. 8 *ſect.* 1.

In Galliâ conſuetud. deficiente conſuetudinis ſeruatur Ius ſcriptũ

Vnde non immeritò à ICtis, Iuſtinianæus hic Codex, Ius commune, appellatus eſt, quippe qui publicè in omnibus Galliæ vniuerſitatibus ab ann. Chriſt. 1190. doceatur *ſupra pag.* 399. ſuper illius legibus Candidati ad licentiæ gradus promoueantur, & ad Officia recipiendi aſſignatis ex eodem Iuris Corpore punctis probentur; nec aliter in forum vel ſenatum, ſiue de Patriâ Iuris ſcripti ſeu de Conſuetudinariâ tractetur, admittantur, Id expreſſim cauente Conſtit. ſeu Ordinat. *Ludouic* 12. *art* 28. *Ann.* 1498. & *Franciſci* 1. *art.* 18 *Ann.* 1519. Papon. *Arreſt. lib.* 6. *tit.* 1. *Arr.* 1.

Iuſtin. Ius in Gallia Ius commune dicitur.

Ex his reſultat non leuis Iuſtinianæi Codicis gloria, acceſſione ſummæ, quam vbique ſibi vendicat, authoritatis, & Diuinæ, quam cum Canonico Iure contrahit ſocietatis, de quâ in ſequenti §. 8, ſect. 1 dicetur.

Iuſtinianæi Codicis gloria.

Explicit Hiſtorica iuris Ciuilis Chronologia; Canonicam §.us 8us aperiet.

SECTIO XI.

INDEX CHRONOLOGICVS Iuris Ciuilis.

IN hoc Indice Chronologico, ad vtilitatis compendium, eaſdem repræſento, ab Adamo Creato, Vrbe Conditâ, & Chriſto nato, vulgatas Epochas calculo Editionis Hebraicæ propiores: Etſi aliæ ſint ſorte veriores, *vt monui Epiſt. Limin 3, ad Candidatos pag. 16* Videlicet ab A. C ad Diluuium ann. curr. 1656. Ab eod. A. C. ad V. C. ann curr. 3198. & ad Chr. nat. Ann. curr. 3950. ſeu ab V. C. ann. 752. teſte Gaſſendo *ſupra pag. 324. & 327.*

Epochæ vulgatæ vtiliores

Cur verò Alij tardiùs has Epochas in annos circiter 50 promoueant *vt Contius*, vel in annos 100. *vt Salian. Turſellin. & alij* ſecuti mox edit. Septuag. mox Graec. mox Euſebij, vel Origenis, latè exagitat *Contius in Chronic.*

Interim non erit iniucunda temporum hæc cognitio, quibus per Indicem ſingula Iura repræſentantur, vt eleganter *Plin. Iun. lib 3. epiſt. 5.* fungar, *inquit*, Iudicis partibus, atque etiam quô ſint ordine ſcripti, notum tibi faciam, eſt enim hæc quoque ſtudioſis non iniucunda cognitio. Hactenus *Plinius.*

Vtilitas Indicis

Index Hiſtoriæ Iuris Ciuilis Chronologicæ.

Ann. V.C.	1. *Anni Curr. ab Adam. Creat. Ad Vrbem Conditam.*	
1	Adami creatio *Epocha Iuris Naturalis ante Diluuium.*	pag. 321.
2	Caimus naſcitur & obit anno 931.	
133	Iª Ciuitas á Caimo ædificata, dicta *Enochia*, Epocha *Iuris Gentium*.	pag. ead.
1056	Noemus naſcitur; Obit ann. 2006.	pag. 322.
1656	Renouatio mundi per Diluuium Noëmo, vxore & liberis ſuperſtitibus; *Epocha Iuris Naturalis poſt diluuiũ.*	pag. 321.
1660	Chami maledictio, Vnde Iª inter Noëmi filios, dominiorum diuiſio.	pag. 322.
1707	Iª poſt diluuium Ciuitas à filijs Semi. *Epocha 2ª Iuris Gentium.*	pag. ead.
1787	Turris Babel à Noëmi nepotibus cõſtructa & Phalec natus.	pag. ead.
1809	Diſiecta Turris: Linguarũ confuſio, diſcretio Gentiũ, ac ſubdiuiſio Imp.	pag. ead.
1850	Poſitio terminorũ à Nebroth. ſeu Belo: Ius belli: & I^{u} Aſſyriorũ regnum.	pag. 323.
1870	Hieruſalem à Semo Noëmi tertio-genito, à quo Regnum Hebræorum.	pag. ead.
1880	Regnũ Latinorũ à Iapheto ſeu Iano.	pag. ead.
2001	Regnũ Celtarũ ſeu Gallorũ á Samothe filio Gomeri filij Iapheti.	pag. 376.
3198	Regnum Romanorum á Romulo & Vrbe Conditâ.	pag. 324.

Digitized by Google

2. *Ann. Curr. ab V. C.* *Ad Chr. Nat.*

	Ann. V.C	
pag. 325. 330.	1	V. C. Romulus regnat ann 37. *Epocha Iuris prudentiæ primæua.*
	37	Interregnum vnius anni.
pag. ead.	38	Numa Pompilius regn. ann. 43.
	81	Tullus Hoſtilius regn. ann 32.
pag. ead.	113	Ancus Martius regn. ann. 24.
	137	Tarquinius Priſcus ann. 38.
pag. 376.	153	Coloniæ Phocenſiū ad oſtia Rhodani.
	175	Seruius Tullus regn. ann. 44.
pag. 5. *in elench. cap.*	213	Pythagoras floret. 243 obit ætat 63.
	219	Tarquinius Superbus ann. 25.
331.	226	Ius Regium á Papyrio collectum.
330, 326.	244	Expulſo Tarquinio, Creati Conſules.
331.	267	Lex Tribunitia.
pag. 326.	300	Legati Athenas miſſi pro legib. 12. tab.
331. 332.	302	Decemuiri creati.
pag. 326.	303	Leges X. Tabularum.
pag. 326. 332.	304	Leges XII. tabularum *Epocha Iuriſprudentiæ antiquæ.*
	304	Circa finem anni Conſules reſtituti.
	309	Tribuni 3. loco Conſulū, per 4. mēſes.
	309	Conſules reſtituti.
pag. 392.	364	Roma à Gallo-Senonibus capta & a Camillo liberata.
	378	Tribuni milit. Conſulū vices gerunt.
	383	Conſules iterum creati.
pag. 326.	387	Prætores ad Ius reddendum creati. & Conſules è plebe.
	429	Papyrius Curſor creatus Dictator.
	451	Q. Fabius maximus Dictator.
pag. 392	528	Galli Inſubres ab Æmilio victi.

629	Bellũ in Gallos tranſalp. Ful. Flacc. Cos.	pag. 377.
630	Salyes domiti, & Aquæ-ſextię conditæ.	ead.
632	Aruerni à Domit. ænobarb. cos. ſubacti	ead.
633	Allobroges à Fab. max. æmil. cos. victi	pag. 377.
634	Gall. Narbonẽ. in prouĩciã Rom. redacta	ead
649	Prouincia in cis & transrhodanũ diuiſa	pag. 377.
650	Cicero natus. 690 conſul. 713 occiſus	326. 333.
650	*Epocha Iuriſprudentiæ mediæ*	pag. ead.
686	Lex Cornel: Edicta Pretorũ perpetua	333.
694	Iul. Cæſar ex Cõſulatu Gallias ſuſcipit	pag. 377. 392
702	Idem Gallias in Prouincias 3. redigit.	ead.
705	Cæſar Maſſiliam capit: Dictator ad annum creatur. *Æra Imperij Iul. Cæſaris*	ead.
709	*Al.* 710. Cæſar à Kal. Ian. Dictator perpetuus, titulum Imp. aſſumit.	
710	*Al.* 711. Idib. mart. in Senatu confoditur ætat. 56. *Imperii* 5. *Æra Imperij Auguſti ex Contio.*	
711	Triũuir. Octau. Lepid. & Marc. Ant.	
723	*Al.* 725. Octauius Cæſar ſolus Imp. 2us. Obit ætat. 76. *Imperii* 57.	
727	Octau. à Senatu Auguſtus appellatur	
728	Offili⁹ *IC.* Edictũ Prętoris Iᵘˢ collegit.	pag 334. 385
729	Lex Regia tranſlati in Auguſtum *Iu*ris Legis condendæ.	pag. 327. 334
729	*Epocha Iuriſprudentiæ Nouæ.*	
751	*Al.* 752. 8 Kal. *Ian.* Imperii Aug. 42. Chriſtus de Mariâ Virgine natus	ead. pag. 324. 327

Ann. Chr.

3. *A Chr. Nat. ad Pharamũdũ.*

1	Al. *Ian.* *Epocha Chriſti Nati.*	pag. 324.
2	VIII. Kal. Apr. *Epocha Incarnat.*	327
15	*Al.* 16. Cl. Tiberius Cæſar 3us *Imp.*	
31	*Al.* 33. Chriſti mors ac reſurrectio.	

	39	Caius Caligula 4us Imp.
pag. 336	41	Claudius Cæſar 5us Imp.
	56	Domitius Nero 6us Imp.
	69	Naſcitur Ptolemæus author Almag. & Quadrip. Floret ann. 118. Obit 147.
	69	Serg. ſulp. Galba. 7us Imp.
	70	Siluius Otho 8us Imp.
	7	A. Vitellus. 9us Imp.
	70	Fl. Veſpaſianus Pater. 10us Imp.
	80	Titus Veſpaſian. Filius 11us Imp.
	83	Domitianus 12us Imp.
	98	Cocc. Nerua. 13us Imp.
	100	Traianus 14us Imp.
	118	Traianus & Adrian9 ex 3. Id. Aug. Imp.
pag. 335	119	Æl. Adrianus ſolus 15us Imp. Obit 140.
ead.	134	*Edictum perpetuum Salu. Iuliani I.C.*
	255	Licinius. Valerianus & Gallienus
pag. 336.	262	Gallien. & Valerian. Iun. Imp.
392.	267	Gallienus ſolus. Obit 270.
pag. 380. 383. 386 392	269	Franci leges *Salycas* condunt, & Gallias diripiunt.
pag. 336.	270	*Codex Gregorianus editus.*
385.	270	Fl. Claudius Imp.
pag. 392.	272	Valer. Aurelianus Imp. Gallorum motus cōprimit, Aureliã ann. 273 cōdit.
pag. 380. 392.	277	*Al.* 278. Probus Imp.
	279	Francos Probus de Galliâ pellit.
pag. 336 385.) 380	285	Diocletianus Imp.
392.	304	*Al.* 307 Conſtantius Conſtantini magni Pater Imp.
pag. 336.	306	*Al.* 310 Conſtantinus magnus Imp. Obit 337. *al.* 339. Imperij 31.
	320	
pag. 336.	325	*Codex Hermogenianus editus.*
385.) 392.		Conſt. magnus Francos reprimit, ludos exhibet, numiſma cudit.
pag. 385	379	*Al.* 381. Theodoſ. ſen. Imp. Obit 395.

Codex

392	*Codex Theodoſij ſen. qui non extat.*	pag. 385
392	*Al.* 391 Idem cum Arcadio & Honoric filiis Impp. Ille Or. hic Oc.	
397	Alaric' ſen. Viſig. Europam ingreſſus	pag. 378
402	Gothi primùm Italiam ingreſſi.	379.) 345
402	*Al.* 404. Arcadius, Honorius & Theodoſius Iun. filius Arcadij Impp.	pag. 379
408	*Al.* 410. Honori' & Theodoſ. Iun. Imp.	
409	Gallia â Vandalis & Gothis diſcerpta.	pag. 37[illegible]
410	Roma ab Alarico capta.	379.) 375
410	Aſtaulphus Alarici ſucceſſor Honorij ſorori nubit,	pag. ead. pag. ead.
412	Gallia Vandalis recedētibus per Aſtaulphum occupata.	pag. ead
413	Burgundia in regnum erecta.	ead
414	Belgica Brabantia à Francis capta.	pag. 385
419	Gallia Narbonen. ab Honorio Gothis ceſſa. & relicta Gallis libertas viuēdi Romanis, vel Gothicis legibus.	380.) 378 379. 384

Ann. Chr. 4. *A Pharamundo ad Iuſtinianū*

420	PHaram. Frāc. rex I^us^ trāſito Rheno Gallias à Gothis vendicat.	pag. 379 380.
422	Leges Salycæ in comitis decretæ & ann. 424. à Pharamūd. confirmatæ.	pag. 385. 386. 388.
423	*Al.* 425. Theodoſ. Iun. Solus Obit 450.	
425	Clodion Franc. rex 2us Obit 450.	pag. 380
425	*Al.* 427. Theodoſ. Iun. & Valentinianus 3. Impp. hic obit 455.	pag. 384
434	Ætius pro Romanis Francos Clodione rege de Gallijs pellit, qui Rhenum remeant.	pag. 80. 392.
434	Viſigothi ad Ligerim, & Burgundi ad Rhodanum limites protendunt.	pag. 381.

pag. 337.	435	*Al.* 437. *Cod Theodoſianꝰ à Theod Iun.*
386.	450	*Al.* 452 Valent. 3. & Martianꝰ Impp.
pag. 393.	450	Valentin. 3 Leg. mittit ad Merouæū.
pag. 381.	451	Attila in campis Catalaunis ſuperatꝰ.
345.	455	*Al* 457. Roma à Vandalis Rege Genſericho direpta.
	455	*Al.* 457. Martianus Solus. Obit 457
	457	*Al* 459. Leo Ius & Maiorianus Impp. Ille Or. hic Occ.
pag. 381.	459	Franci Merouæo Rege Rhenum remetiti Pariſios capiunt.
	461	*Al* 463 Leo & Seuerus Impp.
pag. 381.	462	Childeric. Frāc. rex 4. de regno pulſus
pag. ead	462	Ægidius Sueſſones pro Romanis adminiſtrans, vacuas Gallias inuadit.
	465	*Al.* 467. Leo & Anthemius Impp.
pag. 381. 386.	466	Euricus Viſigoth. theudoredi ſucceſſor, à quo 1a Gothorū leges Euricianæ.
pag. 386.	466	Euricus Hiſpaniam, tùm Aruerniam Romanis eripit.
	469	*Al* 471 Leo Imp. Roman. Solus.
pag. 381	469	Childericus regno reſtituitur.
pag. 381.	473	*Al.* 475 Leo Iunior & Zeno Iſauric
386]. ead.	474	*Al.* 476. Zeno Iſauricus Solus. Imp.
ead.	474	Euricus Maſſiliam tùm Arelatē capit.
pag. 345. 393.	476	Odoacer ſuppreſſo Imperij Romani titulo Rex Ius Italiæ ſedet Rauennę.
pag. 381.	482	Gallia à Francis, Oſtrogoth. Viſig. & Burgundis poſſeſſa.
pag. 328.	483	Iuſtinianus futurus Imp. naſcitur. Obit 564. *Al* 566
pag. 381.	483	Alaric. Iun. Eurici ſucceſſor obtinet ab Odoacro cōceſſionē Galliæ tranſalp.
pag. ead.	484	Clodou. Rex 5. fit Chriſtian. An. 499.
pag. ead.	488	Theodoricus Oſtrogot. rex ſub Zenone Imp. Odoacrum aggreditur.

Digitized by Google

491 *Al.* 493. Anaſtaſius Imp. Orient. pag. 381.
493 Theodoricus Oſtrogoth. & Italiæ rex 394.
Audefledæ Clodouçi filiæ nubit.
495 Clodou. britāniā minorē regnoaddit.
501 Alaricus Viſigoth. & Clodouæus quæſitam armis Burgundiam diuidunt. pag. 382
505 *Al.* 506. *Codex Alarician*⁹ ab Aniano. pag. 387
Alarici Conſiliario non Cancellar. 392 337
508 Amalaric⁹ Alarico per Clodouæū caſo ſuccedit ſub tutel. Theodoric. Oſtr. pag. 382.
509 Anaſtaſius Imp. Clodouæo Patritiatus Imperij dignitatem defert. pag. 393
514 Tetrarchia 4 filijs Clodouæi delata. pag. 382.
518 *Al* 520. Iuſtin⁹ *Iuſtiniani* auunculu⁹. 337.
526 Athalaric⁹ Oſtrog. ſub tutel. Amalaſū. pag 382
526 Amalaric⁹ Viſig. & Athalaric. diuidūt Galliā Cis-rhodan. à trans-rhodan. pag. ead

* * * * * * * * * * * *

ex Cont. 5. *A Iuſtiniano ad Iuſtinū 2. Imp.*

527 H*Al.* 529. Kal. Apr. Iuſtin⁹ & Iuſtinian. hic à 1 Aug. ſolus Imp. 394. pag. 337
528 *Hal.* 530. Imperij 1. Id. Feb. mandat Codicē fieri *ex Cōſt. 1. de No. Cod fac.* pag. 337
529 Gallia, Amalarico cæſo, à ſolis Frācis, Burgund. & Oſtrogoth. occupata. 382. 383. 394
529 *Hal.* 531. Imp. 3. Id. Apr. Codex 1ª edit. *& Cōſt 2 de Iuſt Cod. confir.* edita. pag. 22. 338
530 *Hal.* 532. Imp. 4. Kal. Dec. mandat Inſtit. & *Pand.* cōponi, editâ *Conſt. in l. 1. de Vet. Iur enucl.* pag. ead.
532 [illegible]otar. reliq. Burgūdiā regno vnit. pag. 383
532 [illegible]allia á ſolis Frācis & Oſtrog. occup. ad.
53[illegible] *Hal.* 535. Imp. 7. Kal Nou. Inſtit. edit. pag 22. 3[illegible]8.
533 *Hal.* 535. 7. Kal Dec. Pandectas edit, editâ *l. 2. C. de Vet. Iur. enucl.* pag. 339

Pag. 394.	534	*Hal.* 536. In p. 8. Id. April. Iuſtinian. d... *l.* 2. *C. de Off. Præf. Prat. Afric.*
pag. 338. 394.	534	*Al.* 536. Theodatus Oſtrogoth. *Al. Theuda* Athalarico ſuccedit.
pag. 322. 339 341 383 390	534	*Hal.* 536. In p. 8. ... Dec. *Codex Iuſtinian.* ... *edit.* & Cōſt. 3. *de Emendat. Codic. D. Iuſtiniani* edita
pag. 341.	535	*Hal.* 537. I... p. 8. Kal. I... Iuſtinian. edit *Nou.* 1. *de Har. & Falc.* & alias exinde ad Annum Chr. 559.
	5...	B...ſſar. in Gothos Italiæ præficitur.
pag. 383 39.	536	Theodebert⁹ Theodorici fili⁹ & Clodouæi nepos ſuccedit in regno.
pag. 392. 39. 397.	537	Imperii 9. Iuſtinian. miſſis ad Clodouæi ſucceſſores legatis, fœd⁹ init aduerſus Theodatū Oſtrogoth.
pag. 398. 394.	537	Theodatus Francos ceſſione Galliæ cis-rhodanianæ ſibi conciliat,
pag. 394.	537	Vitiges Theodati ceſſionē cōfirmat.
	537	Gallia à ſolis Francis poſſeſſa.
ead.	538	Theodebert. Franc. rex ad Vitigem auxil. copias clā mittit in Romanos.
pag. 390.	538	Theodebert. Francicā Iuſtiniani Inſcriptionem ægreferens I^us ſine Imp. effigie aureum cudit.
pag. 394.	541	Totila Vitigis à Beliſſ. capti ſucceſſor.
389.	546	Beliſſari⁹ in Italiam redit cū Narſete.
pag. 390. 394.	547	Theodebertus Liguriā & loca contigua capit; Totila verò Romam.
pag. 394.	549	Beliſſario ad Perſas euocato, Italiam Totila reuendicat.
pag. ead.	550	Iuſtinianus Theodeberto ſuper locis occupatis, præſtat aſſenſum.
pag. 390. 391. 397.	550	Theodebert. ad Germ. Gepid. & c. deſignat legatos pro ineūda in Iuſtinianum belli ſocietate quod & Frā

Digitized by Google

Ann.		
	cicum Gepidicum &c. diceret.	
551	Theodebaldꝰ Theodeberti ſucceſſor.	pag. 391.
552	Iuſtinianus per legatos á Theodebaldo petit reſtitutionẽ locorũ ereptorum Imperio, & belli ſocietatem in Totilam Oſtrog. ac Italiæ reg.	pag. 391 397.
553	Iuſtinian. Narſetem præficit Italiæ, quam cæſo Totilâ reſtituit Imperio.	pag. 345. 389.
553	Teias Totilę ſucceſ. à Narſe perimitur.	pag 389.
555	Gothi poſt Teiæ mortem legatos ad Theodebaldũ mittunt, & Buccellinus Francorum Dux pro Gothis à Narſere occiditur.	ead.
555	*Al* 558. Clotar. 7 Frãc. Rex theodebaldi nepote ſuo mortuo ſolꝰ regnat	
555	Narſes pacificatâ Italiâ ſub Imperij leges Gothos redigit.	
558	Beliſſarius Hunnos vincit in Thraciâ	
560	Mahom. naſc. Dux Arab. 622 Obit 632	
561	Beliſſarius conſpirationis accuſatus, calumniâ cognita in gratiam redit.	

6. *A Iuſtino 2. Ad Lothar. 2 Imp.*

564	*Al.* 566. Iuſtinus 2us Imp.	pag. 341. 343
568	Narſes calũniis irritatꝰ Alboinũ Longob. reg. euocat, qui Italiã inuadit.	395. 345.
569	Longinus à Iuſtino 2. Imp Narſeti ſuffectꝰ 1us Italiæ exarchatũ obtinet.	pag. ead.
570	Burgũdiones Alarici partes ſecuti Gothis ſe commiſcent, linguas corrũp. & Academias deſtruunt.	pag. 396.
570	*Al.* 577. 1a Nouellarũ Iuſtiniani cõpilatio, & vetus κατὰ πόδας latina verſio.	pag. 318. 342. 343. 364

pag. 343.	57[illegible]	Epitome Novellarū Iuliani Antec.
ead.	574	Tiberius 2us An. 584. Mauritius Imp.
342.	590	Gregoriꝰ magnus Papa. Obit an. 604.
pag. 387. 395.	6[illegible]6	I. legū lōgob. cōpilatio à Rothari reg.
345.	725	Paulꝰ Patriciꝰ 15us Rauēnæ Exarchus
pag. 328. 43	751	Rauēna ab Aſtulpho lōgob. rege capta
346.) 346.	751	Finis Codicis Iuſtinian. in Italiâ.
347.)	752	Pepinus Galliarū Rex 23. in Chilperici locū proclamatus, Chriſtianiſſimi titulum 1us obtinet.
pag. 346.	757	Eutichꝰ. vltꝰ Exarchus à captâ Rauē.
pag. 184. 387.	768	Carolus magnus Gall. rex 24. Obit ætat. 72. Chr. 874.
pag. 345.	774	Deſiderius vltimus longobard. Rex.
346.) 346. 387.	774	Carolus magnus Rex Longobardiæ & Imp. Rom. Iure belli declaratus, Exarchatū Rauēnæ donat Eccleſiæ.
pag. 35.	775	I. Libri Feudorū indigeſta cōpilatio.
347. 366.)	781	Adrianus 1us conſecrat Romæ Lud. & Pepinū filios Caroli magni, illū Regem Aquitaniæ, hunc Italiæ.
pag. 337. 346. 387.	788	Carolus magnꝰ confirmat Alaricianū Codicem ab ann. Chr. 505 editum.
pag. 397.	798	Academia Pariſien. ab Alcuino Caroli magni præceptore fundata.
pag. 346.	800	Carolus magnus Imp. Occ. à Papâ Leone 3. conſecratus.
pag. 387.	801	Gallia Cis-alpina Caroli magni edicto Lombardia nuncupatur.
pag. 346. 398. 400.	802	Suppreſsū ab anno 476 Imperiū Occ. reſtituitur tranſactione Caroli magni cū Nicephoro Imp. Or.
pag. 387. 395.	813	Lud. Pius Caroli magni fil. Imp. Oc.
	814	Idem Caroli magni Capitularem Codicē in meliorem formam edit.
pag. 348. 356	867	Baſilius Macedo Imp. Orient.

Digitized by Google

868	Baſil. Pater, Leo & Conſtantin. filij	pag. 356.
870	*Prochyron* magnum Baſilij: ſeu Ecloga legũ τῶν πλάτυς :lil tis 40.	pag. 349. 356.
875	Prochyron paruum Baſilii: titulis 40.	pag 350. 357
886	*Al.* 910 Funera Cod. Iuſtii. in Græc â	347.
886	Leo 6us ſolus. *Imp* Or. ſub quo eius *Nouellæ* editæ & Nomocanon Photii.	pag. 344. 350. 351.
886	Iª Baſilicῶν editio libr. 60. Καθάρσις.	ead.
90.	Leo Pater & Cõſtant. & filiˢ Imp. Or	pag. 356.
9 8	*Al.* 911 Conſt. 8^u & Alexãd. eius patruus Impp. Or. â quo Epanagoge.	352. 356. 357.
909	*Al.* 912. Conſtantin 8us Solus Imp. or.	ead.
910	II. Codicis Baſilici editio libr. 60. dicta Ἀνακάθαρσις.	pag. 344. 356. 352.
922	Conſt. 8^u & Roman. Lecap. Impp. Or.	pag. 356.
936	Otho magnus Imp. Occid.	
948	Conſtantin 8us & Romanus Iunior eius filius Impp. Orient.	pag. 356.
960	*Al.* 962 Romanˢ Iun. & Baſil. eius filiˢ	pa. ead.
963	Nicephorus 2us Phocas. Imp. Or.	
968	Extinctum ab Othone magno Italiæ regnum, Adalberto filio Berengarij Iunioris caſo ann. 968.	
1057	Iſaacius Comnenus Imp. Or.	
1071	Michaël 7us Ducas Imp. Or. ſub quo Ataliatæ Prochyron, & Pſelli Epitome Ann. 1077.	pag. 312.
1080	Alexius Comnenus Imp. Orient.	
1093	Yuo Carnotenſis Decretũ ſuũ edit	pag. 398.
1108	Lud. 6us Craſſ. Gall. rex 40. Obit 1137	
1115	Tres Mathildæ Floruerunt.	pag. 361.
Ann. Chr.	****************	
	6. A Lothar. 2. Ad Hodier. Diẽ.	
1125	LOthar. 2us Imp. Occ. Obit 1138.	pag. 347.
1130	Innocentius 2us Papa. Obit 1143.	361.

30. 32 329 347 - 62. 64	1130	Irneriꝰ Codicē reſtituit, gloſſulas addit, & sūmulas authentic. inſerit
372 -) 368.	1130	Editio Germanica, & Vulgata.
pag. 369.	1136	Pandectæ Piſanæ in Apuliâ repertæ.
397 -) 397.	1137	Ludouicꝰ 7us Gall. rex 41. Obit 1180.
pag. 365.	1139	Conrad. 3us Imp. Occ. Obit 1151
pag. 293.	1140	Irnerius Lacunas Nouellarū replet.
364 - 364.	1143	Eman. Comnenꝰ Imp. Or. ſub quo Harmenopuli Epitome
pag. 364 365.	1150	Bulgarus Græcas, Iuſtinian. Codicis dictiones, latinas barbarè reddit.
pag. 32. 364.	1150	Bergūtio Piſan. Vol. *Authentic.* in coll. 9. diuidit reſectis ſuperfluis.
pag. 39.	1151	Gratianus edit Decretū canonū.
pag. 364. 373	1152	*Al 1155.* Feder. 1. Ænobarb. Imp. occ. ſub quo Bulg & Bergūtio claruêre. obit ann. Imperij 38. Chr. 1190.
pag. 399.	1159	Alex. 3. Papa. Obit 1181.
pag. 35. 366.	1160	Ium Vol. Feudor. in libros 4. editio.
pag 398. 399.	1163	Conciliū Turonē. in Galliâ præſide Alex. 3 relat. *in c. 3. ext. Ne cler. ſac. neg.*
397. 398. 399	1180	Philippus 2. Gall. rex 42. obit 1223.
pag 37. 366.	1180	*Al. 1183.* Pax Conſtantiæ inter Feder. Iū Imp. occ. & Henric. 6um eiꝰ filiū.
351 353 398.	1185	Iſaac Angel Imp Or. ſub quo Balſamō
pag 358	1190	Henric. 6us Feder. 1. filius Imp. Occ.
367 397. 398 399. 503.	1190	Placentinus Codicem Iuſtinian. 1us in Galliā inuehit, & publicè exponit.
pag. 373.	1193	Azo Præceptor Accurſij floret.
	1198	Philippus 3us Imp. Occ.
	1209	Otho 4us Imp. Occ.
pag. 365. 366.	1213	Federic. 2us Imp. Occ. ſub quo *Hugol.* eius & Corradi 3 Cōſtit. Codici inſerit. Obit ann. Imper. 38. Chr. 1250.
pag. 35. 366.	1213	IIa Vol. Feudor. in libros 2. editio.
pag. 373.	1220	*Al. 1225.* Accurſiꝰ gloſſas Pand. Auth.

Digitized by Google

Ann.		
	Feud. & Inſtit. ſeptennio elaborat.	
1223	Ludouicus 8 Gall. rex 43 obit 1216.	pag. 384.
1226	D. Lud. 9us Gall rex 44. Obit 1270.	pag. 373.
1227	Accurſius Codicis gloſſas aggreditur.	374.) 41.
1231	Gregor, 9us Decretales edit. obit 1241.	pag. 312.
1240	Alex. Villadei verſib: 312. exprimit titulos capitũ Vet. nouique teſtamẽti	
1250	Conradus 4us Imp. Occ.	
1270	Philipp. 3us audax rex 45. Obit 1285.	
1285	Philip. 4us Gall. rex 46us Obit 1314.	pag. 45.
1309	Clem. 5us Papa Auen. Obit 1314.	37
1312	Henric. 7us Imp. Occ. ſub quo Liber extrau. Ciuil. additur Iuſtin. Codici.	366. 175.
